D. ALGERI QVONDAM EX SCHOlastico Monachi Benedictini, de veritate corporis & sanguinis dñici in Eucharistia, cum refutatione diuersarũ circa hoc hæreseon, opus pium iuxta ac doctum.

Ex recognitione D. Erasmi Roterodami.

AEDITIO ALTERA.

Accessit eiusdẽ fere argumenti libellus alius, id ẽ, pardoxa XII. D. Guerneri, Carthusiani quõdã apud Coloniam, de venerabili sacramento fructuq; missarum, qui q̃ est breuis, tam est vtilis & necessarius.

Coloniæ impensis Petri Quentel. Anno M. D. XXXV. Mẽse Augusti.

D. Algeri vita ex Iohanne Trethemio.

ALgerus ex Scholastico monachus Corbeiensis cœnobij. ordinis diui patris nostri Benedicti, vir in sanctis scripturis iugi studio exercitatus, veterum quoq; lectione diues, atq; in secularibus literis magnifice doctus, ingenio cautus, & disertus eloquio, Carmine valens & prosa. Scripsit inter alia ingenij sui opuscula, volumen insigne de sacramento altaris lib. III. De eadem re contra Berengarium librum vnum. De gratia quoque dei & libero hominis arbitrio librum vnum. Alia insuper nõnulla scripsisse dicitur, sed ad notitiã nostræ lectionis minime venerũt. Vixisse credit̃ circa annũ dñi M. XL.

¶In laudem D. Algeri, Nicolai Eschij decastichon.

SI Christo cupias viti connectier almæ,
Et palmes dici fructibus vsq; virens.
Perlege quæ scribit seruãda volumina cedro
Hic sacer Algerus, terq; quaterq; precor.
Sanguinis & carnis Christi mysteria sacra,
Nemo vsq; ã Algero sanctius enucleat.
Qui sitit hic nectar sapidum, q̃q; esurit escã
Ambrosiam inueniet, delitias superum.
Ergo age opes euãgelicas hic collige lector,
Quales nec generãt India, nec Chalibes.

R. IN CHRISTO PATRI AC D. D. BALthasari Episcopo Hildesimmensi, patrono suo cum primis colendo, ERAS. ROTERODAMVS S. D.

author damnatus opus cum expurgatione permissum.

SCIO QVIDEM PArum esse ciuile Præsul clarissime, tot negociorum vndis circumuallatũ interpellare, sed cum tua pietas tanto studio causam agat Ecclesiæ, non erit vt arbitror molestũ hoc interpellari negocio, quod ad ecclesiæ tum concordiam tum di[redacted] dammodo in deum transformatur, [redacted] au tem ad perfectam indissolubilemq; concordiam efficacius, quàm quod eodem corpore vescens, eundem sanguinem bibens, per eundẽ spiritũ in vnum corpus redigitur, &

Chriſto capiti viuo viua connectitur. Et tamen videmus artificio Sathanæ factum, vt ea res quæ conſiliandis omnibus data fuerat, tot diſſidia olim genuerit, nuper renouarit, dum alij negant quicquam eſſe in Euchariſtia prẹter ſymbola corporis & ſanguinis dominici, alij fatentur ibi Chriſtum vere adeſſe, ſed ſub panis viniq; ſubſtãtia. Rurſus erant qui dicerent per verba conſecrantia perire panis ac vini ſubſtantiam, & ſuccedere corpus & ſanguinẽ domini. Alij Chriſtum faciũt impanatum & inuinatum, quaſi parum ſit ſemel fuiſſe incarnatũ. Extiterunt & ſuo cognomine digni Stercoraniſtæ, Grẹcia nobis miſit Fermentarios. Succeſſit rixa de ſumendo ſub vtraq; ſpecie, [redacted]. Extiterunt qui contenderent ab impio ſacerdote nihil confici, nec ab impijs ſumi verum corpus. Et tamen omnium horum error, in hoc profecit, vt in tanti myſterij cognitione magis ac magis tum erudita, tum confirmata ſit eccleſia. Nulli tamen plus debet quam Berengario, imo non Berengario,

ſed Chriſti ſapientię,qui maliciam hominũ vertit in bonum ſponſæ ſuæ. Quos & qualium virorum calamos excitauit impudens error Berengarij? Nuper exijt opus Guimũdi ex monacho Benedictino Epiſcopi Auerſenſis. Nunc prodit Algerus ex ſcholaſtico monachus eiuſdem inſtituti. Guimundus acrior eſt & ardentior,ac plus habet ſpiritus rhetorici,hic ſedacior eſt & religioſior,vterque tum dialectices,tum reliquæ philoſophiæ belle peritus,licet citra oſtẽtationem, vterque in Canonicis ſcripturis,ac priſcis illis doctoribus Cypriano, Hilario, Ambroſio,Hieronymo,Auguſtino,Baſilio, Chryſoſtomo,quorum ſcripta plurimum adhuc referũt ſpiritus Apoſtolici, ſtudioſe verſatus. Vterq; tantum habet eloquentiæ, quantum à theologo requirere par eſt. Certe dictiõis argutiam,& collectionis acumen nuſquam in eis deſideres. Agunt ſolidis ratiõibus, [redacted]. Et tamen hos tales viros apparet ante Bonauenturæ, Thomæ,Scoti, Alberti magni, atq; etiã Petri Lumbardi tempora floruiſſe. Ac recẽtio

res quidam vt plus iactant Ariſtotelicæ phi loſophiæ, ita phraſim habent aridiorem, nimirum Ariſtotelem ſuum imitati, qui tamē ſic neglexit affectus & ornamenta dictionis, vt ſummam præſtiterit elegātiam, quod idē hi non potuerunt. At neſcio quopacto mihi decere videtur, vt in myſterijs explicandis adſit quædam orationis dignitas, nec abſit affectus, ita demum fit, vt lector non ſolum intelligat quod à docto docetur, verumetiam amet quod ab amante traditur. Ex euangelio habemus: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis traditur. Ex Paulo habemus: ego accepi à domino quod & tradidi vobis &c. Et qui ederit ac biberit indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Hoc nobis eſt immobile fundamentum. Ac priſci quidam eccleſiæ doctores, interim obſcurius, interim varie, ne dicam diuerſe, loqui videntur de hoc ſacramento. Obſcuritas vel ineffabilitatis myſterij profunditati aſcribenda eſt, vel illorum cautioni, qui loquentes frequenter apud multitudinem ex Iudæis, gentibus & Chriſtianis permixtam, noluerunt ſanctū dare canibus. Varietas hinc nata eſt, quod interdum ipſę ſpecies ſacramentales dicuntur

ſymbo

ſymbola, interdum ipſa ſumptio ſymbolũ dicitur: poſtremo corpus ipſum ſui alterius ve rei ſymbolum nonnunquam appellatur. Quoniam autem ſub illis ſignis latet corpus dominicum, catà ſinecdochen quod in ſpecies competit corpori tribuitur, veluti frangi, atteriq;. Tum quoniam ibi conſecratur corpus, ſubſtantia quidem idem quod pependit in cruce, ſed non idem qualitate, nimirũ iam glorificatum & ſpirituale, ſibi parum attentis pugnare videntur antiqui, ſi quando dicunt corpus idem & non idem, cum reuera nulla ſit pugnãtia. Poſtremo corpus Chriſti nõnunquam dicitur naturale quod ſumpſit ex virgine, nonnunquam myſticum, q̃d eſt eccleſia, quæ res præbuit anſam oſcitanti lectori vt diuerſa loqui videantur. Cum igitur tã euidens habeamus à Chriſto & Paulo teſtimonium, quum per hos viros euidentiſſime declaratum ſit, priſcos, quibus non ſine cauſa tantum autoritatis tribuit Eccleſia, concorditer ſenſiſſe in Euchariſtia eſſe veram ſubſtantiam corporis & ſanguinis dominici. Quum his omnibus acceſſerit ſynodorum conſtans autoritas, tantusque populi CHRISTIANI conſenſus,

ſimus&nos concordes in tam cœleſti myſterio, & hic ſub ænigmate edamus de pane & calice domini,donec aliter edamus ac bibamus in regno dei. Vtinam autem qui Berengarium ſecuti ſunt errantem, ſequantur & pœnitentem,atq; horum etiam error eccleſię cedat feliciter. Exiſtunt circa hoc ſacramentum innumeræ quæſtiones, quomodo fiat tranſſubſtantiatio,quomodo ſubſiſtant accidentia abſq; ſubiecto,quomodo colorē, odorem,ſaporem,ac vim etiam ſaturādi,inebriandi,nutriendiq; retineant,quam habebat nondum conſecratus panis ac vinum, q̄ momento incipiat eſſe corpus &ſanguis domini,quando deſinat eſſe ſubſtantia corporis & ſanguinis, & an corruptis ſpeciebus ſuccedat & alia ſubſtantia, quomodo idem corpus locis innumeris,quomodo iuſtū hominis corpus ſit ſub tantillo fragmento panis,aliæq; ꝑmultæ,quas inter eos ſobrie tractari cōuenit qui ſenſus habent exercitatos. Vulgo ſatis ē credere poſt cōſecrationē illic eſſe verum corpus&ſanguinē dn̄i,quod nec diuidi poteſt,nec lædi,nec vlli patet contumelię,quicquid acciderit ſpeciebus. Nam ſi corpus domini proiectum in cœnum, aut

in latrinã,aut inventrem hoīs demissum sor
didaretur, nulla re magis sordidaretur, q̃ quũ
ab hoīe sumitur criminibus ingnato. Chr̃ia
nę qdē religionis est species sacramẽtales cũ
omni tractare reuerentia,attamen quemad-
modum deus,qui iuxta naturam nõ minus
est in cloacis,quam in cœlis, nec lædi potest
nec inquinari,ita nec corpus domini glorifi
catum. Breuiter aduersus omẽs humanæ co
[redacted]iõis scrupulos, occurrat nobis primum
[redacted]
bis assequatur? Quis autem cre[redacted]
nimo credere,qui dum hoc peragitur myste
rium,in templo fabulantes obambulãt, aut
quod alicubi velut ex more fit, in foro pro
templi foribus stant,ociosis fabulis terentes
tempus? Olim ille pœnitentium aut cate-
chumenorum locus erat. Quidam vix osten

fis mysteriis sese proripiũt in popinam, templumque vacuum relinquũt. Quid hoc moris est? Dum agitur ridicula fabula, manes donec audias valete & plaudite, & tam cœlestis mysterii finem expectare non potes? Circunstant mensam illam adorabundi spiritus angelici, præsens adest in quem tota cœlestis militia gaudet prospicere, & tu perinde quasi ludicra res agatur, aut nauseas oscitasque, aut garris aliquid, aut potas? [redacted]? Atqui si priscum Ecclesiæ morem seruare velimus, id temporis nulla vox audiebatur in toto templo, sed populus in terram pronus, tacitis affectibus gratias agebat deo patri, qui filium suum in mortem tradiderit pro salute generis humani. Huc nimirum hortatur sacerdos, quum al-

lo

loquens populum dicit: Surſum corda: Gratias agamus domino deo noſtro. Nã ineffabilibus myſterijs nulla res magis conuenit quam ſilentium, nec alio modo dignius laudatur ſtupenda domini Ieſu in nos charitas, quàm illo loquaciſſimo ſilentio, dum ſilente vocum humanarum ſtrepitu, ſubmiſſo corpore, mens erecta ſoli deo loquitur. Vt autem populus pro dignitate veneretur hoc myſterium, non parum habet momenti vita ſacerdotum. [redacted] Immane quãta decet

illos

illos sobrietas, quanta pudicitia, quanta puritas, quantus vulgarium voluptatũ cõtemptus, q̃tus diuinarũ literarũ amor? Quã indecorum est sacrificiũ mox à tali mysterio qđ diei reliquum est compotatiõibus, prophanis fabulis, chartis, aleave, venatibus aut ociosis obambulationibus consumere, nullam aut minimam temporis portionem sacrorũ lectioni voluminum, aut cœlestium rerum contemplationi dare? Agnoscant sacerdotes [redacted] tatem, quum a[redacted] tamen nescio quo pa[redacted]

hi non parum & confirmata sententia est, & aucta reuerentia. Hoc quicquid est laboris tibi dicatum eē volui Præsul ornatissime, vt esset quod testaretur clientem Erasmum optimi patroni sui memorem esse, ac te vicissim mei cōmonefaceret. Dominus prosperet sanctissimos conatus tuos, in suam gloriam ac pietatis Christianæ profectum.

Datū apud Friburgum Brisgoiæ Idibus Martijs, Anno à Chr̃o nato M. D. XXX.

Capita libri primi.

Quod

¶Capita libri fecundi.

¶Capita libri tertij.

astruere hæreticorũ sacramenta esse irrita & noxia. I

Quod solius dei sit, omnia sacramenta facere semper vera & sancta, quantum ad ipsum. II

Quod sacramenta Christi pro meritis ministrorũ fieri credenda non sunt, ne pereat vnitas sacramentorum & ecclesiæ. III

Quod deus preciosa sacramenta in non preciosis speciebus posuit, nõ vt essent vilia & abiecta, sed gratuita. IIII

Quod data sunt dei sacramenta, vt omnium hominum superent merita. V

Quod laico vel pagano baptizare permittit. VI

Quod sanguinis effusiõe vel sola fide baptism⁹ cõpleatur. VII

Qđ sicut in baptismate, sic in cõficiẽdo Chri corpore nihil à bono magis, nihil à malo min⁹ fiat. VIII

Quod sacramenta hereticorum de ecclesia sunt, & in ecclesia fiunt. IX

Quod sacramentotenus sacerdotium apud hæreticos maneat omnino integrum. X

Quod etiam salutare sit sacrificium hereticorum, si munde communicetur à catholicis. XI

Quomodo soluitur illud quod sancti de improbandis hæreticorum sacrificijs dicunt. XII

FINIS.

Errata in hoc opusculo cõmissa, vt cõmode restituas, meminisse debes lector, primo nũero indicari folium, posteriori lineam, inde veram poni lectionem.

Folio. 5. linea. 28. figurate colorũ. 31. 12. in inuisibiliũ. 49. 8 igit maiorẽ. 59. 22. in vtroq;. 70. 15. p̃sentes. 74. 23. s3, pfecto. 100. 5 q̃ dẽ fra&9. 107. 23 q̃d nõ. 124. 25. ĩstitueret. 129. 18 qd ferret.

D. Algeri

DIVI ALGE
RI, QVONDAM EX SCHOLASTI-
co Monachi Benedictini, in librum de sacra- mẽtis corporis & sanguinis dominici, PROLOGVS.

QVIA SANCTI de corpore & sanguine domini varie scribentes, aliquando de vniuerso CHRISTO, corpore scilicet & mẽbris: aliquando non de vniuerso, sed vel de capite, vel de membris loquuntur, aliquando cum sacramento, aliquãdo sine sacramento simplicibus, vt de re ineffabili nõ intellecta errores, plus autem quàm oportet sapere volentibus gignuntur hæreses, adeo, vt simplices nisi perfectius instructi, errando pereant plus quàm oportet sapiẽtes, nisi correcti fuerint, docẽdo & defendẽdo quod nesciunt, se & alios perdant. Alij enim quod de membris dicitur, capiti adscribunt: alij, quod de capite, membris imponunt & de vtroque vel alterutro tã confuse sentiunt, vt vel caput nimis humiliẽt, vel mẽbra nimis glorificent, & sic quod nec verum nec quid dignum est vtrinque diiudicent. Nec solum de veritate corpo-

corporis Christi, sed & de sacramento ipsius varij errores, variæq; proueniunt hæreses. Alij enim panem & vinum non mutatum, sed solum sacramẽtum, sicut aquam baptismatis, vel oleum chrismatis, corpus Christi non vere, sed figurate vocari dicunt, sicut cum dicitur: accipe vestem candidam quam præferas ante tribunal Christi, nec tamẽ ipsam, sed ab ipsa significatam. Alij autem dicunt, panem non solum sacramentum, sed in pane Christum quasi impanatum, sicut deum in carne personaliter incarnatum. Alij autẽ panem & vinum in carnem & sanguinẽ mutari, sed non Christi, sed cuiuslibet filij hominis sancti & deo accepti, vt cõpleatur quod Christus dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitã in vobis. Alij autem gratiæ dei derogantes, dicunt sacerdotum malis meritis ita inuocationem diuini nominis annullari, vt eorum indigna consecratione nõ debeat panis in Christi carnem conuerti. Alij vero mutari quidem in carnem Christi, sed malis meritis sumentium non permanere carnem Christi, sed iterum reuerti in purum sacramentum panis & vini. Alij quod est deterius, dicunt per comestionem in fœdæ digestionis conuerti corruptionem. Quia ergo tot hæreses, & si quæ sunt aliæ, de sacramento corporis & sanguinis Christi pullulant, de veritate & virtute ipsius aspirante diuina gratia, quanto fidelius potero absoluam, non humana quidem ratione, quæ ad hoc non suppetit, sed ipsius Christi sanctorumq; testimonijs, quibus ecclesia roborata consistit, à quibus quo firmius veram obtinet fidem, eo certius æterᴗ

Diuersæ circa sacramẽtũ eucharistiæ hæreses.

ternam assequitur salutem. Non enim vt ait Apostolus in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed per stultitiam prædicationis placuit saluos facere credentes, quia quod stultum est dei, sapiētius est hominibus. & quod infirmū ē dei, fortius est hominibus. Videtur enim stultum, sed stultis, Christum in specie panis & vini brutæ scilicet rei, præsentem nobis corporaliter fieri, tantilla formula panis, tantam maiestatem contineri Sed quis in deo reprehendere debeat, quod in ipso pium, nobis autem est necessarium? Cōgruere quidem non videtur eius dignitati vt corruptibilis substantia panis incorruptibile eius corpus fiat. Sed congruit nostræ saluti, vt in tali sacramento pane angelorum nos reficiat, sapientissime quidem, vt occulto mysterio fides exerceatur ad meritū, fortissime autē, vt mēs tali cibo roborata, hoste deuicto, fortius nitatur ad regnum. sapientissime, inquam, & fortissime, vt tanti sui operis de re minima & maxima, nec comprehendi possit potentia, nec artificium. Sup omnia enim est mirabile, existentem substantiam panis, in eo existentem, carnis suæ conuertere, quod est non videri, quod videtur non esse, ipsamq́ carnem cū sit localis, præsentē in cœlo & in terra vere & substātialiter esse, & cum vere caro comesta, & sanguis eius bibitus fuerit à populo, ipsum Chr̄m viuū & integrū suo p̄manere in regno. Sed hæc rōni cæca, fidei sunt manifesta Q. Ergo ex se Chr̄s tā mirabilit̄, tāq́ salubriter dignatus ē pro nobis operari, nō paruipēdendum, sed iugiter à nobis venerandum est & colendum: quia cū potēs sit de lapidibus suscitare filios Abrahæ

1. Cor. 1.

*

 brahæ

brahæ, qui elementa bruta panis & vini in suam conuertit substantiam, multo magis fideles suos sub tantæ spei imagine & virtute in corporis sui transfigurabit gloriam, non pro merito, sed pro gratia dans gratiam. Vnde Augustinus: Mysterium vestrum de mensa domini accipitis, estote quod videtis, & accipite quod estis. De tam mirifico itaq;, tam'q; necessario mysterio dicturus, prius fideles admonendos arbitror, vt quamuis sit incomprehensibile, non tamen videatur incredibile, quia etsi capaces non sumus ad intelligendum, deus vtiq; non est impotens ad peragendum, qui, vt ait Psalmista, omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra. Pensare eñ debet humana paruitas modum suum, vt quia non accepit vt magnalia dei valeat comprehendere, non minus credat esse. Cũ enim homo creatura sit, sed excellens, sicut præest quibusdam creaturis super quas factus est, sic etiam quibusdam nondum æquatus subest, longe dissimilis ei, à quo factus est. Sicut enim lapidi datum non est vt sentiat, nec pecudi vt intelligat, sic nondum homini datum est, vt cum angelis deum, sicut est, videat. Cum ergo nec sentiatur à lapide, nec intelligatur à pecude cui præest, nunquid homo se minus esse intelligit, qa hoc suis inferioribus non innotescit? Sic igitur deus, qui incomprehensibilem maiestatem suam bestialibus sensibus, vel intellectibus humanis, sicut res terrenas quaslibet communiter non exhibet perceptibilem, nonquid à nobis longe suis inferioribus minus esse putandus est, qui longe longius quàm nostra inferiora nostram comprehendere non possumus suã veritate

Psal. 113.

veritatem? Quanto enim sensu vel intellectu longe sunt à nobis, quæ sub nobis facta sunt, tanto & incōparabiliter amplius lōge sumus ab eo qui nos fecit. Ex quo enim homo cum in honore esset non intellexit, & comparatus iumentis insipientibus similis factus est eis, in corpore quidem bestiales sensus recepit, quibus tantum corporalia, nec illa etiam vere perfecteq; sentiret, in mente vero ita hebetem intellectū habuit, vt parū corporalia, minus spiritualia discerneret. Non igitur decet, vt bestiali sensu vel modico intellectu nr̄o, quo nec terrena ista scire sufficimus, immensitatem diuinæ maiestatis comprehendere velimus, cum ipsi angeli, qui adhuc nobis superiores sunt, in eum desiderent prospicere, nec tamen immē sitatem eius maiestatis valeāt penetrare, quamuis eū sicut est, facie ad faciem contemplentur, & eius manifesta gloria facientur. Quæ enim creatura cum circunscripta sit, immensum possit comprehendere? Si enim aliquatenus comprehendi potest, immensum nō est. Vt ergo ait Apostolus: non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuiq; sicut diuisit deus mensuram fidei. Non enim omnia dat omnibus, sed vnicuiq; proprium donū est à deo. Quod vt in membris ecclesia congrua corporis nostri probemus similitudine, varijs membris varij sensus distribuuntur, per quos color oculis, sonus auribus dissimiliter sentiuntur, & sic in cæteris. Vt igitur figurat loquar, si visus auditui varietatem colorum, & visui prædicaret auditus varietatem sonorum, nō ne alterum alteri credere oporteret, in his quæ mini-

me sentiret? Non enim deberet esse incredibile, quia ei esset incomprehensibile. Nūquid enim minus sunt quæ videntur, quàm quæ audiuntur, & econuerso? Cete oculus plaustri motum videt, auris stridorem eius tarditate sua non percipit. Cum ergo motus & stridor sine se non sint, nunquid minus simul sunt, quia visus & auditus simul ea non percipiunt? Nunquid totus mundus simul non est, quia nulli sicut beato Benedicto simul visibilis est? Cum ergo sensus nō debeat præiudicare sensui pari suo quo minus credat esse quod non sibi, sed alijs est sensibile, quomodo præiudicare debeat intellectui maiori suo, quo minus esse credat quod sibi non est intelligibile? Sicut enim sonus oculo est inuisibilis, color auris non audibilis, sic omnibus sensibus corporeis animæ intellectus est insensibilis. Nunquid ergo minus est quod intellectu suo anima corporalia & spiritualia discernit, in virgultis vel herbis naturam coloris vel frigoris, humoris vel siccitatis deprehendit, cogitationes à se diffidētes insensibili sua discretione compescit, ad corporeos etiam sensus regendos insensibiliter se afficit, & in his omnibus sola à se intelligit & intelligit? Quorsum hæc? Vt sicut illa quæ incomprehensibilia sunt sensibus, non minus esse creduntur, sic quæ sunt incōprehensibilia intellectibus humanis non minus esse credantur. Vt igitur ait Apostolus, deum nunc per spe-
1.Cor.13. culum & in ænigmate contemplantes, multum de ipso cognoscimus, si ipsum nobis incomprehensibilem, in his quæ ex nihilo fecit mirabilem, in se ipso credamus mirabiliorem. Hortando quidem & indu

cēdo ad fidem, modum prologi excedere visus sum, Sed ideo, quia fidem magis vidi necessariam ad percipiēdam veritatē sacramenti, vnde actu- rus sum. Nunc igitur primam porti unculam huius operis deo an- nuente expediam, de ve ritate dominici corporis.

Secunda de ipsius sa cramenti va- rijs quæ- stiūcu lis.

FINIS PROLOGI.

DIVI ALGERI DE SACRAMENtis Corporis & Sanguinis Domini, LIBER PRIMVS.

Quod deus hominem dominicum pro nobis assumptum super omnia exaltauit. Cap. I.

Qvia verę fidei cognitione originalis delicti cęcitate tenti, ad varios errores decideramus, vt instigante diabolo idololatrię & peccatorū passionibus deseruientes, ad mortē obstinata mente tenderemus, magna sua gratia verbum caro factum est, & Ioan.1. habitauit in nobis, vt qui de suo erat incomprehensibilis, de nostro nobis fieret appetibilis, dum germanæ carnis nostræ gloriam in ipso, gloriam quasi vnigeniti à patre videremus, & ex ipsius iam quasi cooriginalis gloriæ visibilibus signis, inuisibilium amorem rapti, ad vitæ æternæ patriam reduceremur. Dominicæ igitur incarnationis opus, sicut ipsi deo præ cæteris omnibus operibus suis proprie proprium, sic præ omnibus operibus suis præcipue fecit præcipuum, vt hominē in vnitate personæ suæ assumptū, humanitas & quasi ex adiūcta diuinitate deificatum ita glorificaret, vt non solum hominibus, sed & omnibus angelicis spiritibus adorandum præferens, in dextra patris collocaret. Vnde Augustinus in libro contra Maximinum, ait Apostolus; Propter quod cum exaltauit,

uit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Hic quæritis cui donauerit. vtrum homini an deo. Quando enim donauerit, euidenter apparet. Humiliauit, inquit, semetipsum vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illũ, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Nunquid antequam hoc fieret, non erat alter filius dei, verbum deus apud deum, sed posteaquam propter hoc exaltatus est, quia factus est obediẽs vsq; ad mortem, tunc cœpit esse alter filius dei, vnicus dei deus, tunc cœpit habere nomen quod est super omne nomen? Quis hoc insipientissimus dixerit? Hoc ergo illi donatum est homini, secũdum quẽ factus est obediens vsq; ad mortem, quod iam habebat filius dei, deus de deo natus æqualis. Item in eodem: Homini ergo donauit ista, non deo. Neq; enĩ cum in forma dei esset, nõ excelsus erat, aut non ei genua flectebant, cœlestia, terrestria & inferna. Sed cum dicitur: propter q̃d illum exaltauit, satis apparet, propter quod illum exaltauerit. In qua ergo forma crucifixus est, ipsa exaltata est, ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen, vt cum ipsa forma, serui, nominetur vnigenitus filius dei. Item Augustinus in tractatu Psalmi octaui: Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Quandoquidem & opera manuum dei sunt angeli, etiam super angelos constitutum accipimus vnigenitum filium, quem minutum paulo minus ab angelis per humilitatem carnalis generationis & passionis audimus & credimus. Omnia subiecisti sub pedibus

Philip. 2.

Psal. 8

bus eius. Nihil excipit cum dicit omnia. Et ne aliter li
ceat intelligi, sic Apostolus credi iubet, cum dicit: Ex-
cepto eo qui ei subiecit omnia. Nec mirum si filius ho
1. Cor. 15. minis filio dei in vna persona vnitus, sicut participiũ
diuini nominis, sic etiam diuinæ gloriæ assequatur,
vt exaltatus super omnem creaturam, flexiõe genu-
um ab omnibus adoretur, & vnigenitus dei per ipm
qui vnitus est nominetur. Cur enim hoc minus deus
faceret homini sibi personaliter vnito, quàm per eum
facit anima corpori sibi vnito? Confert enim partici-
pium nominis & naturæ quam habet, vt ab anima
animatum viuat & sentiat, quod ex se non habebat:
Sed & ignis ferrum transuerberans, ignitum reddit,
candorem'q; suum & calorem conferens, ipsum scin-
tillare, flammescere & vrere contra suam naturam fa
cit. Cum ergo ignis igniat, anima animet, quid deus
nisi hominẽ sibi vnitum deificet, & super oĩem cre-
aturam exaltatum, puritatis, omnipotentiæ, & deita
tis etiam prærogatiua secum glorificet?

Quod quoniam Christus exaltatus est super oĩa,
& in eo nobis cuncta donata sunt, similem etiam glo
riam nos sperare debeamus. Cap. II.

Roma. 8. SEd & vt certi⁹ in simili natura nr̃a per
grãm Chr̃i sperem⁹ gloriã, nos ei⁹ frẽs
fecit, & illũ, & cũ illo oĩa nobis dona-
uit, & cũ dñicũ hoĩem in vnitate pso-
nę dei, credim⁹ deificatũ, nõ dubiũ sit,
q̃d mediãte ipsi⁹ gratia, teste Io, nobis ẽ datũ. Ait eñ:
Iohan. 1. Quotquot receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei
fieri, q ex deo nati sunt. Vnde Augustinus in secundo

ser

sermone super Iohãnem: Vt homines nascerentur ex deo, primo ex ipsis natus est deus. Noli ergo mirari ô homo quia efficeris per gratiam filius, quia nasceris ex deo secundum verbum eius. Prius ipsumverbũ voluit nasci ex hoie, vt tu securius nascereris ex deo. Reuera enim vt securiores essemus in ipso de confirmitate & vnitate tantæ gloriæ in humili nostra natura, naturam carnis nostræ sibi vniuit deus in eadem persona, vt dum eam tã mirabiliter glorificatam videremus, de germanæ carnis nostræ glorificatione non desperaremus. Quia igitur in hanc gratiam nos adoptare voluit, vt qui nec digni se ui fueramus, filios dei faceret, & Christo coheredes ordinaret, ipsum quem primogenitum in multis fratribus & sibi vnigenitum esse voluit, in quo erat plenitudo diuinitatis corporaliter, priuilegio omnis gratiæ non ad mensuram, sed super om̃em creaturam insigniuit, vt ipse de spiritu sancto non renatus sed natus, nos in iniqtatibus conceptos, & seruos diaboli natos, per gratiam filios dei renasci faceret, & eos secunda natiuitate recolligens & inuitans, ad suam gloriam proueheret, quibus prima sua natiuitate om̃imodis præcelleret. Vt ergo deificum corpus Christi cuius esset potentiæ claresceret, sicut sol vitrũ sine sua vel illi⁹ læsiõe penetrat, sic ipm virginis mr̃is virginalia integra integrũ ptrãsiẽs, nec ab eis dissipat, nec ea dissipat. Res qdẽ stupẽda & ineffabilis, sʒ nobis nõ ĩcredibilis, qa oĩ potẽti nõ impossibilis. Vñ August. ca. 91. sup Iohãnẽ. Oĩa q dẽ ceterorꝫ miracula superat qd ẽ nat⁹ ex virgine, ma tris ĩtegritatẽ sol⁹ potuit nec cõcept⁹ violare nec nat⁹.

Vt-

Vt autem sic nasceretur deus, illum decuit, nobis profuit, vt mundus natus nos mundaret, potenter natus infirmos roboraret. Suam enim mundiciam, vt conformitate illa sibi vniti placeremus, nostram esse voluit, ne vero contra hostem sæuissimum nostra infirmitate deficeremus, suam potentiam nostram fecit, vt dum sua fortitudo promptior est nobis quam nostra, per suam gratiam sibi deuotiores, & dum fortior, per suam omnipotentiam contra hostem simus fortiores. Vt enim potentes non tamen omnipotentes creari potuimus per naturam, sed modo dum omnipotens est fortitudo nostra, quasi omnipotẽtes efficimur per gratiam. Vnde & dominus in Euange-

Mar. 9. lio: Omnia possibilia credenti. Si ergo quia nobis omnia possibilia sunt omipotẽtes efficimur, quid deo adiutore nobis nocet nostra infirmitas, quę & humilitatis auget meritum, & virtutis nescit detrimentũ? Quid enim fortitudinis rusticus admitteret, si in causa sua contra aliquem potentem rex ei patrocinare-

Roma. 8. tur, vbi ipse non posset? Vnde & Apostolus: Si deus pro

Psal. 59. nobis, quis contra nos? Item in Psalmo, In deo facie-

Ioan. 6. mus virtutem. Item dominus in Euangelio: Confidite, quia ego vici mundũ. Quod cur diceret, nisi illa sua victoria nostra esset? Vnde Augustinus in sermo-

Rom. 8 ne de natali martyrum: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omibus tradidit illum. Quomodo & non cũ illo omnia nobis donauit? Quando ipsum nobis donauit, cum illo nobis omnia donauit. Terreret te fremitus mundi, cui donatus est artifex mundi? Christum nobis donatum esse gaudeam⁹, & nullos

in

In hoc seculo inimicos timeamus. Quicquid ergo potentiæ seu nascendo, seu infirmos curando, mortuos suscitando, mõstrauit, nobis fecit, vt ad roborandũ infirmitatem nostram & salutem conferendam potens crederet & esset, & illuc non desperaret caro peruenire, quo carnem cognouerat ascendisse. Vnde Augustinus in sermone. 12. de verbis Euangelij: Serpentis astutia pnities, vt laude Christi te auertat à Christo, dolose prædicat, quem vituperare non audet, exaggerat maiestatem eius, vt singularem faciat, ne tu speres tale aliqd, quale in illo resurgente mõstratum est. Excita ergo fidem & dicenti, Christus solus potuit, nos non possumus, responde & dic: Ideo Christus potuit, quia deus. Respondebit ille: V tique quia deus. Dic & tu: Et quia deus, quia omnipotens, cur desperabo quod poterit & in me, quod demonstrauit in se, ppter me? Vt igitur hoc patēter nobis constaret, ne vlla tenus de sua gratia diffideremus, doctrinis, exemplis, sacramentis, promissionibus, beneficijs, dilectionem suam nobis commendans, & nostram excitans, fragilitatemq́ꝫ roborans, pietatis affectu se nobis patrem vocari & esse voluit, quæcũq; in nomine suo peteremus se daturum promisit, & quia originaliter & miserabiliter serui eramꝰ hostis nostri, hostes autem dei patris nostri, eadem natura qua perieramus, maiori nostro honore, maiori hostis confusione nos reparans, ad soluendum nobis Adę debitum, ipse nihil ex se debens, noster vicarius extitit, & vt nos liberos & securos ab hoste redderet, pro voluptate cibi vetiti Adæ oblata, facultatem sanguinis sui voluntati e-
ius

ius permissam recompensans, hoc precio nos ita redemit, vt quia dominus à nequam seruo suo iniuste vita spoliatus est, ipsum iure suis omnibus nobis scilicet spolians, simpla morte sua duplam nostram, triduana æternam auferret, eiusdemq́ mortis pœna sibi indebita, Adæ peccatum, quod inultum esse non poterat, luens, patris iram pro nobis satisfaciendo placaret, pœnaq́ sine fine nobis debitam relaxaret, & quia ipsi patri solus ab origine mundi plenam obedientiã vsq; ad mortem seruando de hoste suo triumphauit, hoc singulari suo merito, in ipso homine, quo mortem pertulit, super omnia, vt dictũ est, exaltatus, nos patris gratiæ reconciliatos de seruis diaboli, faceret filios dei, baptismi sacramento regenerans, & spiritu adoptionis filiorum corda fidelium mũdana, illuminans & roborans, à varijs charismatibus ornans.

Quod ad maiorem tantæ gratiæ certitudinem ipsum caput nostrum deus, nos mẽbra ipsius ita cõstituit, vt nos corpus eius cũ ipso capite dicamur Christus, sacramento & veritate corporis sui nos sibi vniens, & incorporans. Cap. III.

AD vltimũ etiã ne aliqđ in ipso alienum videret aut arduũ, ita vere & pfecte cõmunicauit nobis, vt visibiliť etiã corporis & sanguinis mirifico sacramẽto, ecclesiã sibi vniẽs & cõparãs tãta grã insigniret, vt ipe caput ei⁹, & ipa eẽt corp⁹ suũ, nõ noie ten⁹ tm̃, sed in veritate sui corpis, vere sibi cõcorporatũ, vt in illo nullius grẽ nobis esset diuortium

um,cum quo nos solidaret tam vnicæ vnitatis sacramentum,certumq́ esset hoc pacto nos cum ipso per ipsum,in vita æterna,similem dignitatis obtinere gloriam,si cum ipso per ipsum,in hac vita similem innocentiæ seruare voluerimus gratiam, maxime cũ ipse moriturus,sub ipsius sacrosancti sanguinis sui nouo testamento,cui,vt ait Apostolus,supordinari aut mutari nephas est,vitæ æternæ pactum nobis assignauerit,& ipse à mortuis resurgendo, in se capite nostro, quomodo corpus suum glorificare deberet ostenderit. Non enim esset misericordiæ dei & iustitiæ condignum,si eos repelleret à regni sui consortio,quibus tam familiariter vniri dignatur in mũdi exilio, eisq́ honoris vicissitudinem non rependeret in manifesta visione suæ maiestatis,à quibus digne susceptus & adoratus est in occultis & peregrinis sacramentorum suorum figuris. Quomodo etiã ibi fieret diuersum quod hic factum est vnũ? Vnde Hilarius in libro nono de Trinitate: Si vere verbum caro factũ est, & vere nos verbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est,qui & naturam carnis nostræ,iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit,& naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis cõmunicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes vnum sumus,quia in Christo pater, & Christus in nobis vnum in his nos esse faciunt. Si ergo nos vere sub mysterio carnẽ corporis sui sumim⁹, & per hoc vnũ erimus,quia pater in eo est,& ille in nobis naturalis per sacramentũ ꝓprietas,pfectæ sacramentũ est vnitatis. Gala. 3.

Ideoq́

Ideoq; sancti caput ecclesiæ Christum, ecclesiam mẽbra vel corpus Christi dixerunt, ipsamq; cum ipso capite suo Christum. Vnde Augustinus in libro de Trinitate: Sicut corpus vnum est, inquit, & membra habet multa, ita & Christus. Nõ dixit: ita & Christi, sed ita & Christus: ostendens Christum recte appellari etiam vniuersum, hoc est, caput cum corpore suo quod est ecclesia. Et multis scripturarum locis inuenimus Christum etiam hoc modo appellari, vt cum omnibus membris intelligatur, quibus dictũ est: vos estis corpus Christi & membra. Vnde idem Augustinus admirans in sermone. 26. super Iohãnem ait: In corpore esto Christi. Non potest viuere corpus Christi nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis

1. Cor. 10. hunc panem Apostolus: Vnus panis inquit, vnũ corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculũ charitatis. Qui vult viuere, habet vnde viuat, vbi viuat. Accedat, credat, viuat in deo. De deo incorporetur, vt viuificetur, non abhorreat à compage membrorum, non sit putre membrum quod resecari mereatur, hæreat corpori, viuat deo de deo. Item Augustinus in tractatu Psalmi. 130. loquens Apostolus de membris Christi, non ait, sic & membra Christi, sed totum hoc quod dixit, Christum appella

1. Cor. 12. uit. Multa membra vnum corpus Christus. Ergo simul omẽs cum capite nostro Christus, sine capite nostro nihil valentes. Item ibi in sermone. 111. super Iohãnem Quomodo dilectio qua dilexit pater filiũ est in nobis, nisi quia membra eius sumus & in ipso diligimur, cum ipse diligitur totus, id est, caput & corpus.

Ideo subiunxit: & ego in ipsis: tanquam diceret: Quoniã ego sum, & in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo, aliter aũt nos in eo, quia & nos ipse sumus, cum secũdum id quod vt caput nostrum esset hom9 factus est, corpus eius sumus. Item idem in tractatu Psalmi. 142: Omnia autem membra cum sint multa, vnum est corpus, ita & Christus. Non ait: ita & Christi, sed corpus vnum membra multa, ita & Christus. Totum ergo Christus. Et quia totũ Christus, ideo caput de cœlo: Saule Saule quid me persequeris? Item in eodem: Tenete hoc, & fixũ omnino mandate memoriæ, vt agnoscatis Christum caput & corpus, & inde videatis, quanta gratia ad deum pertineatis, vt ipse voluerit nobiscum esse vnus, qui est cum patre vnum. Quomodo cum patre vnũ? Ego & pater vnum sumus. Quomodo nobiscum vnus? Nõ dicit, & seminibus quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo qui est Christus. Sed dicit aliqs: Si Christus semen Abrahæ, nunquid nos? Memento quia semen Abrahæ, ac per hoc si & nos semen Abrahæ, ergo & nos Christus. Et post pauca: Erunt duo in carne vna Hæc autem vnitas capitis Christi & corporis ecclesiæ, quomodo in sacramento corporis & sanguinis Christi communicãdo per geminam dilectionẽ dei & proximi solidetur & confirmetur, ait ipse: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Vnde Augustin9 in sermone. 27. super Iohãnem: Signum quia mãducauit & bibit, hoc est, Si manet, & manetur, Si habitat & inhabitatur, Si hæret, & non deseritur. Hoc ergo docuit & admonuit

Actu. 9.

Iohan. 6.
Galat. 3.

admonuit mysticis verbis, vt sim⁹ in eius corpore sub ipso capite in membris eius, e dentes carnem eius, nō relinquentes vnitatem eius. Quæ vnitas vera dei dilectione seruatur, vt corpus suum corpori suo, id est, nobis vniatur. Vnde Augustinus in sermone de sacramentis fideliū feria 2. Paschæ: Qui passus est pro nobis, commendauit in isto sacramēto corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit nosipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sum⁹, & misericordia ipsius quod accipimus nos sumus. Quia igitur corpus Christi sumus qui corpus Christi accipimus, non solum capiti per dilectionem, sed etiam cum membris nostris inuicem vniri debemus. Vnde in sermone 26. super Iohannē: Petra Christus in signo, verus Christus in carne & verbo. Hic est ergo panis de cœlo descendens, vt si quis manducauerit ex ipso, nō moriatur. Sed q̄d pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum, qui manducat intus non foris: qui manducat corde, non qui premit dente. Hunc itaq; cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia. Huius rei sacramentum .i. vnitatis corporis Christi de dominica mensa sumitur, aliquibus ad vitam, aliquib⁹ ad exitium. Res vero ipsa cuius sacramentum est, omni homini ad vitam, cuiuscunq; mēs eius particeps fuerit. Virtus em̄ & res sacramēti est inuicē se diligēdo, de vnitate corporis ecclesiæ sint qcunq; de eo participant, q̄d nulli ad exitium, sed om̄i credēti ad salutem, qcunq; tātæ societatis, cōformāte & vniēte Christo, vere particeps eē potuerit. Vñ idē Aug. in sermo-

Iohan. 6.

ne de sacramẽtis fideliũ: Ad aquã venistis, cõspersi estis, panis dñicus facti estis. Quod vnũ videtis eẽ q̃d factũ est, sic vnum estote vos diligendo vos. Hæretici q̃rũt diuisionem, cũ panis iste nõ indicet nisi vnitatem. Sic & vinum in multis racemis fuit, & modo in vnum ẽ. Quia igi' corpus Christi sumus, & Christus sumus, ita vt etiam in altari eodem sacramento signemur, cũ panis dominicus corpus Christi sit in seipso, & corpus Christi in ecclesia mirabili vnitatis gratia nos ad se pertinere voluit, cum mysterium nostrum sicut & suũ in sacramento altaris, ne moriamur sumere nos concessit, ita vt etiam mysterium suum in veritate corporis sui sumptum, nulli prosit nisi mysteriũ nostrũ, societatem scilicet ecclesiasticam eodem sacramẽto assumpserit, quia sicut caput non est vitale sine corpore, sic Christus nulli vitam confert sine vnitate corporis ecclesiæ. Sed nec mysterium nostrum vllatenus in sacramento corporis Christi fit sine suo, vt sicut per dilectionem vnum sumus inuicem, sic & plus etiam cum eo, quatinus sicut ipse in nobis, sic & nos maneamus in ipso, quia cum à corpore suo sit indiuisus, nec in sacramento suo veraciter sumi dicitur Christus, nisi sumatur vniuersus, suo & nostro mysterio nobis incorporatus. Vnde in sermone de sacramento Apostolũ audi dicentem: Vos estis corpus Christi & mẽbra. Si ergo vos estis corpus Christi & membra, mysterium vestrũ in mensa domini positũ est, mysteriũ vestrum accipitis, ad id q̃d estis, amen respondetis. Esto membrum corporis Christi, vt verũ sit amen. Quare ergo in pane? Recolite q̃a panis nõ fit de vno grano,

sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini. Quãdo baptizati estis, quasi consperſi eſtis. Quando ſpiritus ſanctificationem accepiſtis, quaſi co cti eſtis. Eſtote quod videtis, & accipite q̃d eſtis. Sed & de vino fratres recolite: Grana multa pendent in botro, ſed liquor granorum in vnitatem confunditur. Ita dominus Ieſus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit, myſteriũ pacis & vnitatis noſtræ in ſua mẽſa conſecrauit. Qui accipit myſterium vnitatis, & nõ tenet vinculum pacis, non myſterium pro ſe, ſed teſtimonium accipit contra ſe. Quia igitur per vnitatem ſpiritualem, ita concorporales & conſacramentales ſumus Chriſto, vt ſimilitudine prædicta dicamur panis dominic⁹, dicamur etiam corporis Chriſti cibus, & ſanguinis eius potus, quia ſcilicet ſicut cibus & potus temporalem vitã, ſic vnitas eccleſiæ confert æternam, ideo ſancti eandem vnitatem vocarunt virtutẽ & rem ſacramenti: rem, quia ab eo ſignificatur: virtutem, quia effectum diuinæ gratiæ cum Chriſto maxime operatur, quamuis Chriſtus vt caput noſtrũ, virtus principalis & res ſacramenti ſit ſubſtantialiter & vere, ſocietas vero & vnitas eccleſiaſtica, figurate. Nõ igitur errorem generet ꝙ ſancti aliquando de corpore CHRISTI, aliquando per ſe loquuntur de corpore eccleſiæ in eodem ſacramento, quia etſi in vnitate & effectu ſalutis vtriuſque corporis eſt ſimilitudo, in eminẽtia dignitatis, in veritate ſubſtantiæ, ſoli capiti noſtro CHRISTO ſeruanda eſt, ſuæ ſingu
Philip. 3. laritatis ſumma diſcretio. Quamuis enim hoc ſacramento reformet corpus humilitatis noſtrę, etiam

in hac vita configuratum corpori claritatis suæ, non tamen nos vsq; adeo superextēdere debemus, vt quātumcunq; nos sua virtute vel similitudine exaltet, vsq; ad eius dignitatem ptingere præsumamus, & sic suscipiamus misericordiam suam in medio templi sui, vt vsq; in fines terræ sit laus sua secundum nomen eius. Ipse enim est caput corporis ecclesiæ, non vnitate personæ, sed gratiæ.

Quid sit sacramentum, & quot modis accipiatᷓ.

Caput. IIII.

QVia igitū hoc suo sacramento Chr̄s ecclesiā suā vnit sibi, & cōcorporat, de veritate ei⁹ & virtute, q̄si de re ineffabili, quātū deus dederit disseramus, sitñ prius qd sacramētū sit discutiētes, quō figura à veritate rei quam significat, discernēda sit oñderimus. August. in. 10. lib. de Ciuitate dei: Sacrificiū visibile inuisibile sacramentū. i. sacrū signū est. Item August. in scd̄o de doctrina Christiana: Signum ē res præter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliqd ex se faciēs in cognitionē venire. Itē alibi: Sacramētū inuisibilis gr̄ę visibilis forma. Sciendū aūt ꝙ sacramentū & mysteriū in hoc differunt, quia sacramentum signum est visibile aliquid significās, mysterium vero aliquid occultum ab eo significatum. Alterum tamen pro altero ponunt, vt superius dictū est: mysterium vestrum accipitis: vt sit mysteriū occultās & occultum, & sacramentum signans & signatū. Vñ Maximus in quadam homilia epiphanię: Mystica eius natiuitas sempiterno gaudio & terram lætificauit

& cœlum. Hūc ergo regem cœlestiū, hominumq́ rectorē sub carnis mysterio venientē impius tremit Herodes. Nec solummodo sacramentū pro altero tm̄ .i. vel ꝑ signo vel ꝑ signato inuenit̄, sed etiā ꝑ vtroq́. Sicut cū dicit̄: verbū caro factū est, caro ꝑ carne & anima.
Rom. 13. Itemq́, oīs anima potestatibus sublimioribus subdita sit, aīa pro carne & anima accipit̄. Nec mirū, si sacramentum pro sacramento & re sacramenti sæpius ponitur, quia corpus Christi pro sacramento & corpore Christi inuenitur. Augustinus de sacramentis altaris: Corpus Christi & veritas & figura est. Veritas, dū corpus Christi & sanguis, virtute spiritus in verbo ipsius, ex panis viniq́ substantia efficit̄. Figura vero est, id quod exterius sentitur. Sciendum etiā ꝙ sacramentū in sacris codicibus nō semper pro sacro signo, sed sacramentum aliquando iusiurādum, aliqñ res sacrata accipit̄. Vnde Ambrosius in libro ad Gratianum, apparuisse dicit hominibus vnigenitum patris ꝑ sacramētū assumpti hominis, quasi diceret: per hominem quē sibi sacrauit, quia homo nō signum, sed potius occultatio diuinitatis fuit.

Quod visibile sacramentum panis & vini nuncupatiue dicatur corpus Christi. Cap. V.

QVia igit̄ sancti sacramētum pro sacramēto & re sacramēti, & corpus Christi pro veritate & figura indifferenter vsurpāt, ne errorē generent, ꝙ in pane dñico sacramentū, & qd corpus Chr̄i vere & ꝓprie sit discernamus. Formam panis & vini & cæteras elemētorū remanentes & vi

sibi-

sibiles qualitates, sacramentum tātummodo vere dici & esse, substantiam autem illā inuisibilem, quæ ipso sacramento operta est, & in quam panis & vini substantia trāslata est, vere & proprie dici & esse corpus Christi testatur Augustinus in libro Sentētiarū Prosperi, ita ea discernens: Hoc est quod dicimus, q̄d modis omnibus approbare contendimus, sacrificium ecclesiæ duobus confici, duobusq́ꝫ constare, visibili elementorū specie, & inuisibili domini Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti. i. Christi corpore, sicut persona Christi constat & cōficitur ex deo & homine, cum ipse Christus verus deus sit & verus homo, quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Cōficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento & re sacramēti, id est, CHRISTI corpore. Quo ergo duo esse approbat, visibile sacramentum scilicet & inuisibilem rem sacramenti, non vnum idem, sed aliud & aliud esse demonstrat. Vnde item Augustinus in sermone de verbis domini: Quod videtis in altari, panis & calix est, quod etiam vobis oculi vestri renunciant, quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus, calix est sanguis. Et paulo post: Ista fratres ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. Quia igitur aliud ē corporale quod videtur, aliud spirituale quod intelligitur, aliud ergo est sacramentum quam res sacramenti, id est, corpus CHRISTI. Item Augustinus in libro Senten

tiarum Prosperi. Caro eius est, quam forma opertam in sacramento accipimus. Nō dicit ergo formam panis esse carnem Christi, sed operimentū carnis Christi. Vnde etiam in fine cuiusdam missæ oratur & dicitur: Perficiant in nobis domine quæsumus sacramēta tua quod continent, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Postulat quippe sacerdos, vt corpus Christi quod sub specie panis & vini nunc geritur, manifesta visione sicut reuera est, quandoq; capiatur. De qua visione dominus in Euāgelio secundum Iohannē: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et de hoc eodem sacramento legitur in passione beati Dionysii, qui dum sacrum mysteriū celebraret in carcere, apparuit ei dominus, dansq; illi sancta dixit: Accipe hoc chare me⁹, quod mox complebo tibi vna cū patre meo. Ac si diceret: Quod tibi do modo in viatico, non mutabo in prœmio, vt dē aliud, sed idipsum complebo, meipsum manifestans. Cum igitur sacerdos dicat sacramenta non corpus Christi esse, sed in secō tinere, nec etiam ipsius corporis veram formam, sed tantummodo similitudinariam speciem, & figuratiuam illius quod in rerum veritate, id est, in vera suæ claritatis specie capere desiderat, quod etiam dominus beato Dionysio non perfectum esse in hac vita, sed in alia complendum asseuerat, quomodo sacramenta quæ visibilia & inuisibilia sunt, erunt verum corp⁹ eius, vel vera species corporis illius, in quo post resurrectionem inuisibilis & immutabilis est Christus. Vnde Augustinus contra Faustum: Quid enim aliud

aliud sunt quætꝫ sacramenta corporalia, nisi quasi q̃dam verba visibilia, sacrosancta quidẽ, & tamen mutabilia & temporalia. Absit ergo vt transitoria species panis & vini sit vera substantia vel vera species immutabilis corporis Christi. Sed si aliquando dicitur corpus Christi, nuncupatiue & non vere oportet intelligi. Vnde Augustinus ad Bonefacium: *Si sacramẽta quandam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt non haberent, omnino sacramẽta nõ essent*, Ex hac autem similitudine plerunqꝫ ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quẽdam modum, sacramentum corporis Christi, corpꝰ Christi est: sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est, sic sacramentum fidei fides est, ac per hoc paruulus qui non habet fidei affectum, respondetur credere & fidem habere, propter fidei sacramentum. In quo notandum est, sacramentum corporis Christi, secundum quendam modum .i. similitudinarie & nuncupatiue, non ꝓprie corpus Christi vocari, quantum ad elementorum speciem & formam, quod tamen vere & proprie corpus Christi vocatur & credit, quãtũ ad substãtiã quã cõtinet, & in quã panis & vini substãtia cõuersa ẽ. Vñ Eusebiꝰ Emissenus: Vere vnica & pfecta hostia fide æstimãda, nõ spẽ nec exteriori cẽsenda visu, sed interiori affectu. Cũ eñ exteriꝰ nõ videat nisi species panis, interius credit veritas dominici corporis. Et vt ait Augustinꝰ, sanguis Christi ẽ, quem sub vini specie ac sapore potamus.

Qđ Chr̃s in pane sacramẽtali non ita ꝑsonaliꝰ sit impanatꝰ, vt in carne incarnatus. Caput. VI.

QVamuis autem ſacramentum ſuperi us à re ſacramenti,tanquam figura à veritate,ſatis diſtinctum ſit,errantes tamen quidam de quibuſdam ſancto rum verbis, dicũt ita perſonaliter in pane impanatum Chriſtum, ſicut in carne humana perſonaliter incarnatum deum. Quæ hęreſis quia noua & abſurda eſt,rationibus & autoritatibus,prout deus aſpirauerit, radicitus eſt extirpanda. Ex quadam enim ſimilitudine beati Auguſtini in libro Sentẽtiarum Proſperi, ſuam ſumunt & defendunt hæreſim,qua ita dicit:Sacrificiũ eccleſiæ duobus confici,duobusq́ conſtare,ſicut perſona Chriſti conſtat & conficitur deo & homine. Dicunt enim male ſubaudiendo,ita perſonaliter ſacrificium eccleſiæ,id eſt, Chriſtum in altari ſacrificatum, duobus conſtare in eadẽ perſona, ſicut perſona Chriſti cõſtat ex deo & homine. Si autem opponitur illis, quia illa elementorum ſpecies nõ ſit cũ Chriſto vna perſona,ſed tñ ſacramentum eius,myſterium & figura,nec ſic deſiſtunt,dicentes,quia ita dicit beatus Ambroſius ad Gratianum,ſacramentum aſſumpti hominis,ſicut dicitur ſacramentum dominici corporis: Et beatus Maximus,deum ſub carnis myſterio venientẽ:Itemq́ in multis ſcripturis dicit̃ deus operatus humana forma vel figura,ſicut Chriſtus in altari, panis forma vel figura. Qui error nulla quidẽ ſanctorũ autoritate aſtruit̃,ſed ex indifferenti & impropria vſurpatione nominũ vel ſimilitudinũ cõcipi videtur,quæ de ſacramento & re ſacramenti ita loquuntur, vt pra

ſe intelligẽtibus, quaſi vnum quid accipiatur. Sed cũ dicitur: Corpus Chriſti eſt veritas & figura, nunquid pro vna perſona accipiendum eſt, ſicut cum dicitur, homo eſt corpus & anima? Similis quidem eſt grammatica, ſed non ſimilis intelligẽtia. Non enim dicitur quod hæc duo ſint in corpore Chriſti pſonaliter vnũ facta, ſed ita æquiuoce dicitur corpus Chriſti, veritas & figura, quaſi de vero homine & picto diceret, homo dicitur, homo verus & pictura, quanquam familiarior ſit figura panis cũ veritate corporis Chriſti, quàm pictura cum homine, cum nõ ſolum repræſentet vt ſacramentum, ſed ipſum etiam contineat, & ſubſtantialiter conuerſus ſit in ipſum. Item non omnipharia ſimilitudo accipienda eſt, qua dicit Auguſtinus ſacrificium eccleſiæ ita conſtare duobus ſicut perſona Chriſti duobus conſtat, cum non vtrobiq; perſonalis vnitatis cõtulerit ſimilitudinem, ſed qualiter tantum vtraq; duobus conſtent fecerit collationẽ. Sed item opponunt, quia ita dicitur Chriſtus aſſumere ſpeciem vel formam panis in altari, ſicut verbum dei ſpeciem vel formam carnis in vtero virginali, & ſicut verbum fit caro, ſic panis fit eadem caro. Sed nũquid vel ſic vincent, qui confuſione ſimilitudinum peruertere quærunt dei veritatem? Reuera enim verbum fit caro, & panis fit eadem caro, ſed longe diuerſo modo, verbum fit caro, & naſcitur caro de carne, aſſumẽdo carnẽ, nõ mutatũ in carnẽ, ſic factũ q̃d nõ fuerat, vt nõ deſiſteret eſſe quod erat. Panis aũt fit caro eadem, nõ naſcitur caro, nec aſſumit carnem, ſed mutatur in

carnẽ

carnem, sic factus quod non erat, vt desistat esse quod fuerat, pulchra spe nostra, pulchriorque mysterio, vt in corpus Christi traijci non desperet rationalis natura, in quod traijcitur & bruta, si desistat esse quod ex se male fuerat, & fit in Christo quod bene non erat. Quod autem panis non nascitur, testatur Augustin' contra Faustum: Panis & calix non qualibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod ita non fit, quãuis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis, nisi quod benedicimus, gratiasque agimus domino in omni eius munere, non solum spirituali, verum etiam corporali. Cum ergo panis mysticus non nascatur, nec aliqua naturæ terrenæ origine vel conditione in hoc diuinæ gratiæ sacramento creetur, sed ita corpus Christi fiat, vt panis esse desinat, quomodo res quæ iam non est, vel ipsa alicui, vel aliquid ei impersonari potest? Sed quomodo Christus in pane qui iam nõ est, impanari dicitur, cum Christus in panem nec conuertatur, nec aliquatenus panis fiat, sed econuerso, panis in corpus Christi conuertatur, & corpus Christi fiat, ita vt panis non remaneat? Non enim ita sumere dicendus est in altari speciem vel formam panis, sicut in vtero virginali speciem vel formam carnis, cum in vtero sumpserit speciem vel formam, cum substantia, in altari vero speciem vel formam panis mutata & non permanente substantia. Cum enim dicitur species vel forma panis & vini, hæc illarum rerum sunt vocabula, quæ ante fuerunt, scilicet panis & vini. Panis enim & vinum in sacramento iam nõ sunt, sed ante fue-

te fuerunt. Quam igitur in sacramento CHRISTI possunt creare nouam personam, quæ nec antiquam suam retinẽt substantiam? Vnde notandum est, cum diuina pagina corpus domini panem vocat non substantialiter, sed mystice & figurate dici, vel quia ex eo conficitur, eiusq; nonnullas retinet qualitates, vel q̃ni am animam pascit, eiq; vitæ æternæ ministrat substã tiam, vel quoniam panis est angelorum. Solent enim scripturæ quaslibet res vocare nominibus illarum re rum ex quibus fiunt, vt cum dicitur homini, quid superbit terra & cinis, cum homo non sit cinis, sed ex ci nere factus: seu quæ putantur esse & non sunt, cum le gitur Abraham vidisse tres viros, cum essent angeli: seu quibus similes aliquo modo existunt, vt cum deus dicitur leo propter fortitudinẽ. Sic igitur corpus domini panis vocatur, vel quia, vt dictum est, ex pane conficitur. vel quia in tuentium oculis, cum sit caro pa nis videtur, vel ea similitudine, quia sicut panis materialis carnem, sic ipse spiritualis alit mentem. Sed op ponunt, quia sicut verbum assumpsit veram speciem carnis cum substantia, sic Christus in altari veram spe ciem panis cum substantia. Cum enim dicat Augusti nus in sermone de verbis domini. Quod videtis in al tari calix & panis est, quod etiam vobis oculi vestri re nuntiant, testimonio oculorum veritatẽ panis astruere conantur. Quod autem subsequenter ait: panis est corpus, calix est sanguis, vnitatem personalem mentiuntur, quamuis ipsis sensibus corporeis per omnia credendum non sit, vt cum oculi in aquá remum fra ctum putant, vel longinquitate victi, quod magnum

est

est paruum renunciant, vel obscuritate alium quam sit, vt Maria in tenebris Iesum hortulanum, & discipuli nocte super mare ambulantem phantasma æstimãt. Sed quæ perfectio possit esse humani visus, cum ad ea penetranda, q̃ superficie tenus videt, linceis oculis non æquetur? Quis ergo dubitet de veritate & corporis & sanguinis domini, quę spiritualiter creditur, quicquid sensus corporei de ipso vel forma, vel odore vel sapore extrinseco mentiantur? Non minus vere erat Christus cum Maria putaret hortulanum, q̃ cum recognouit eum.

Quod remanentibus qualitatibus suis, substantia panis & vini in verũ corpus Chr̃i mutet. Ca. VII.

SEd iterum teste beato Ambrosio, vbi ait sermonem Christi operatorium esse, vt panis & vinum sint quę erant, & in melius commutentur, videntur astruere vt sint substantialiter quæ erant, & in aliud mutentur. Quod tamẽ tolerabiliter dictum est, nisi à prauo interprete intolerabiliter exponatur. Si enim intelligatur vt panis & vinum sint q̃ erant non secundum substantiam, sed secundum formam & cæteras suas qualitates ibidem remanentes, & secundum substantiam in aliud mutentur, quamuis aliquantulum improprie, tamen tolerabiliter & vere dictũ est. Et reuera ne suis & cæterorum sanctorum autoritatibus cõtradicat, ita necessario est exponendum. Quicquid enim mutatur in aliud, in aliquo desinit esse quod fuerat, siue substantialiter, siue accidentalit. Sed in pane & vino cũ in corpus Christi mu

tan-

tantur, accidentia esse non desinunt, sed omnia remanent, ergo panis & vini substantia esse desinit. Quia igitur sane expositum est, vt sint quę erant secundum visibilem speciem remanentem, & mutentur secundum interiorem essentiā ineffabiliter, vt & in visibili sacramento vera probetur elementorum species esse quæ fuerat, & interius substantia eorum mutari in melius quod prius nō fuerat, vt videamus beatum Ambrosium sibi vel alijs sanctis non esse contrariū, verba sua ordine suo ponamus. Ait enim in libro de sacramentis: Tu forte dicis: meus est panis vsitatus. Sed panis iste panis est verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Consecratio igitur qbus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Ergo Christi sermo hoc conficit corpus. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in melius commutētur. Ergo vt tibi respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem, post consecrationem iam corpus est Christi. Ipse dixit & factum est, mādauit & creatum est. Ergo didicisti, q ex pane fiat caro Christi, & q vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. In quo notandum est beatū Ambrosium cōparatione a maiori ita vsum, vt quādoqdem deus de nihilo fecit substantiā & formā, multomagis altera manēte, in melius mutare possit alterā. Vñ idem in eodē: Anteq̄ consecretur panis est, vbi aūt verba Chr̄i accesserint, corpus est Christi. Et tante

Ambros. *

te verba Christi calix est vino & aqua plenus, vbi autem verba Christi operata fuerint, ibi sanguis Christi efficitur, qui plebem redemit. Ergo vide quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis q corpus suũ accipiam⁹ & sanguinẽ. Nũqd debemus de eius fide & testificatione dubitare? Itẽ Eusebius Emi-
Eusebius. senus: Nec dubitet quisquam primarias creaturas, nutu potentiæ, præsentia maiestatis in dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio misericordiæ cœlestis, Christi corpus effectum. Sicut autem quicunq; ad fidem veniens ante verba baptismi adhuc sub vinculo est veteris debiti, his vero commemoratis, mox exuitur omni fece peccati, ita benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ, sacris altaribus imponuntur, & antequam inuocatiõe summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini, post verba autem Christi, corpus & sanguis est Christi. Quid autem mirum est, si ea quæ potuit verbo creare, verbo possit creata conuertere? Imo iã minoris videtẽ esse miraculi, si id quod ex nihilo condidisse agnoscitur, iam conditũ in melius valeat cõ mutare. Require qd ei possit esse difficile, cui facile fuit visibilia & inuisibilia, volũtatis imperio suscitare, cui facile fuit hominẽ de limi materia figuratũ, imagine etiam suæ diuinitatis induere, corpus humanũ conforme corpori suæ claritatis reddere. Itẽ Augustinus in homilijs: Ante verba quando offertur panis dicitur, vbi verba Christi deprompta sunt, iã nõ est panis, sed corp⁹ Chr̃i appellat. Quia scti dicũt, qd

post cōsecrationē iam non est panis, sed corpus Christi, nihil omnino de pane in sacramento remāsisse aliqui autumant, sed sicut virga mutata in serpentem, iā non virga, sed serpens vocatur, quāuis in serpente nō virgę substantia, ex qua factus est, sed tantum forma perijsse creditur, ita in sacramēto, panis non est panis, quamuis in eo non forma panis, sed substantia mutari credatur. Cur enim deus, qui vtrūq; ex nihilo creauit, non possit ęque mutare substantiam, vel etiam ad nihilum redigere, sicut & formam? Vnde & beatus Ambrosius: Vide quantis generibus potens est sermo CHRISTI vniuersa conuertere, quia vel in diuersam formam, vt virgam in serpentem: vel in diuersam gloriam, vt hominem de mortalitate in immortalitatem: vel in diuersam substantiam, vt panem in corpus CHRISTI: vel in aliud quàm sint, siue melius, siue peius multis modis alijs, sibi tantum cognitis. Vnde Augustinus in libro Sententiarum Prosperi: Nos autē in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est, CHRISTI carnem honoramus & sanguinem, nec similiter pendimus has duas species, quemadmodum ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem esse panem & vinum, quod natura formauit, post cōsecrationem vero carnem Christi & sanguinem, quē benedictio consecrauit. Quod quamuis ideo dicat, ne quis putet pro remanente elementorū visibili specie, ipsorum etiam substantiā, quę iam corpus Christi facta est, remansisse, euidenter tamen astruit ante & post consecrationem easdem esse species, quas pro- Ambros.

 pter

pter substantiæ mutationem ante & post non similiter se dicit pendere. Quia tamẽ ex ipsis elementorum visibilibus speciebus erratur à multis, cum satis constet quod de eorum substantia corpus Christi fiat, quia vt ait Augustinus, corpus Christi & sanguis, ex panis & vini substantia efficitur, de ipsis speciebus videamus. Si enim panis omnino ita mutetur in corpus Christi, vt nihil ex ipso supersit vel appareat, aut si q̃d apparet, non verum sed phantasticum fiat, rationi videtur contrarium. Si enim pane mutato nihil visibile reseruaretur, minueretur fidei meritum, vel pro euidenti miraculo, quia in consecratione sacramenti panis omnino euanesceret, vel quia obliuione sopita fidei deuotio torperet, cum in tanto mysterio signum aliquod, vnde memoria admoneretur, non superesset. Non enim superesset aliquod visibile, circa quod mystica passionis signa & crucifixiõis Christi in missa possent celebrari, nec vnde in perceptione corporis & sanguinis eius incorporationis suæ & nostræ mysteria compleri, vel infirmis viaticum dari, nec cætera quæ visibiliter & salubriter per ipsum in sancta ecclesia fiunt, valerent administrari. Non enim frustra Lucæ. 22. dixit dominus: Hoc facite in meam commemorationem, sacramentum exhibens sicut verum fidei, sic vere visibile excitandę commemorationi, vt quod fidei certum est, mentem pascat, quod visui certum est, deuotionem accendat. Quia enim illum secundum carnem cœlos oportuit penetrare, vt illuc cõfidentius tẽderemus, reliquit nobis carnalibus huius sacramenti figuram & caracterem carnis & sanguinis sui, vt

suæ

fe passionis memoria incitati, constantius hoc faceremus. Item si elementa omnino mutarētur in Christi carnem, nihil amplius esset Christi caro quā modo est. Sed etsi propria species humanæ carnis corporaliter appareret, nihil minus spiritualis crederetur quàm creditur & est. Et quid prodesset videri eum in propria specie humanæ carnis, qui tamen credendus esset vere habere spiritualem speciem resurrectionis. Vt autem in sequenti astruetur, minueretur fidei meritum, pro tam manifesto veritatis experimento: vel impediretur perceptionis eius commoditas, pro humani corporis comedēdi horrore iniecto. Cum aūt in sacramēto panis forma, soliditas, color, sapor sentiatur, vel verum hoc esse, vel phantasticum dicitur. Sed absit vt perfecta veritas phantasiæ fallaciæ astruatur, maxime cum ipsi angeli, & ipse spiritussanctus in columba vel linguis igneis, quoties apparuisse leguntur, nō phantastica, sed vera corpora in aere assumere astruantur, & in cæteris omnibus sacramentis noui testamēti & veteris, nihil phātasiæ, sed omia vera inueniantur. Absurdum enim reuera est, vt q̄d non vere est, veritatem approbet, & quod de se fallit æstimationem, de alio veram exhibeat fidem. Phantastica enim illusio, magicis congruit, & diabolicis fraudibus: veritatis autem assertio, diuinis sanctionibus. Non ergo phantastica species, sacramento CHRISTI aliena & indigna, superinduci credatur, quæ magis nouit fallere quàm veritatem astruere. Quod etiam quomodo non solum rationi, sed & autoritati sit contrarium, videamus. Vt ait Augusti-

nus: Caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus: Sanguis eius est, quem sub vini specie ac sapore potamus. Sed quia vt supra dictum ē, in fine missæ oratur, vt corpus Christi, quod sub specie panis & vini nunc geritur, rerum veritate capiatur, ne putetur ipsa species panis & vini, quam corpori Christi non dicit veram vel propriam, similiter in seipsa non esse vera, sed phantastica, sicut solent videri phantasticæ species rerum in somnijs, vel magorū præstigijs. Quid est quod Augustinus approbare cōtendit modis omnibus sacrificiū ecclesiæ duobus cōfici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne & sanguine? Si falsum & friuolum erat, frustra hoc tantus vir omnibus modis approbare contendebat, frustra ad confectionem sacramentalem, veram ex veris rebus ostendendam p̄sonalem confectionem Christi, ex vero deo & vero homine in similitudine adducebat. Frustra etiam vniuersalem propositionem, qua vtrāq; confectionem, sacramenti scilicet, & personæ Christi, ex veris rebus constare astrueret, subdebat dicens: Quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Sacrificium enim ecclesię reuera veritatem, & naturam in se continet earum rerum ex quibus conficitur, quia vere & naturaliter continet corpus Christi & sanguinem, & nihilominus vere & naturaliter elementorum eandem quæ fuerat speciē. Alioquin quomodo verum erit, quod de elementis sacramentalibus Ambrosius dicit, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur, nisi de eis in sacramento & aliqd

aliquid reseruetur, vt sit quod fuerat, & aliquid mutetur; vt melius fiat. Item quomodo verum erit; quod præsente Nicolao papa, &, 113. episcopis sancta Synodus Romæ Berengario hæretico de huius rei catholica fide scriptum tradidit, & ille iureiurando firmauit, panem scilicet & vinum post consecrationem non solum sacramentum, sed & corpus Christi esse & sanguinem. Sed panis post consecrationem vtrunque est, sacramentum scilicet & corpus CHRISTI, oportet quod sacramentum sit specie, & corpus Christi factus sit substantiæ mutatione. Vnde Augustinus: Quod videtis in altari, panis & calix, quod etiam oculi vestri denunciāt, oculorum testimonio, nō phantasia speciei veritatem approbans. Et subdidit: Quod autem fides postulat, panis est corpus, calix est sanguis, mutatione scilicet substantiæ. Alioquin si ex phantasia & veritate sacramentum Christi cōfici creditur, iam confectio nō erit, cum ex aliqua re & nulla confectio constare non possit. Conficitur ergo verum sacramentum ex vero corpore Christi & sanguine, & ex veris speciebus panis & vini.

Quomodo sacramentum corporis Christi à cæteris sacramentis differat vel cōueniat. Ca. VIII.

SEd quia de cōfectione Sacramenti dictum est, quomodo sacramētum corporis Christi ab alijs differat sacramētis, vel quomodo cōueniat, videam^9. Cætera enim sacramenta noui testamenti & veteris, figuræ tantum fuerunt, nec aliquæ

species eorum, vt id fierent quod significabant, ab hoc quod fuerant, vt manna, petra, Christus, aliquatenus mutatæ sunt. Aqua vero baptismatis, & oleum chrismatis in Sacramento ab hoc quod est non mutatur, nec spiritum sanctum, quem significat aqua abluentẽ, emundantem, oleum vero roborantem, illuminãtem, quamuis credentibus suo mysterio exhibeat, nõ tamen continere essentialiter, sed figuratiue tantum creditur. Solum sacramentum panis & vini ita mutatur, vt substantialiter nõ sit, quod ante fuerat, sed substantia eius corpus Christi fiat, forma vero remanẽs ipsum significet & contineat. Hanc autem panis & vini substantiam ideo Christus in suo sacramento remanere non voluit, ne si duæ substantiuæ veritates, panis scilicet communis noster, & ipse viuus & verus panis, quia vita æterna, & panis communis suo modo verus, quia temporalis vitæ substantia. Facilius enim & certius creditur corpus Christi in illo sacramento fieri & esse, vbi corporaliter non fuerat, non solum pro sacramento, sed & pro miraculo, dũ ibi panis desinit esse quod fuerat. Et forsitan ne hæreses impanationis & fœdæ digestionis huic singulari suo sacramento ascribi possent, ipsum ab omni corruptibilis naturæ vel materiæ contagio purum esse voluit. Sciendum tamẽ quod beatus Augustinus hoc Sacramentum in significando Christum alijs comparat, quamuis tanto priuilegio, vt dictum est, omnibus tam nouis quàm veteribus præcellat. Ait enim in lib. 4. de Trinit. Si Apostolus Paulus, q̃uis adhuc ex par-
1. Cor. 13. te & in ænigmate videret, potuit tñ significãdo Chri-

ftum prædicare, aliter per linguam suam, aliter per epistolam, aliter per sacramẽtum corporis & sangui nis eius, nec significantes sonos lingua æditos, nec si gna literarum conscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinem dicimus, sed illud tantum, quod ex fructi bus terræ acceptum, & prærce mystica consecratum, rite sumimus ad salutem quid mirũ, si etiã in creatu ra cœli & terræ, maris & aeris, facit deus quę vult sen sibilia & visibilia ad seipm in eis, sicut oportere nouit significandum & demonstrandum? Cum igitur per sacramentum corporis & sanguinis domini Christ significari dicatur, & ipsum cæteris significantius ad numeretur, & eius exẽplo cæteræ significatiuæ spe cies à deo posse & fieri astruantur, constat ipsum Sa cramentum sicut cætera esse significatiuum. Item Au gustinus in sermone.26. super Iohannem: Et nos ho die accipimus visibilem cibum. Sed aliud est sacramẽ tum, aliud virtus sacramẽti. Et paulo post: Hic est pa nis qui de cœlo descendit. Hunc panẽ significauit mã na, hunc panem significat altare dei. Sacramenta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, in re quæ significatur paria. Apostolum audi: Nolo enim ignorare fra tres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes eãdem escam spi ritualem manducauerunt. Spiritualem vtique ean dem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: spiritualem vero quam & nos. Et omnes eun dem potum spiritualem biberũt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili, quod tamen idem significaret vir tute spirituali. Quomodo ẽm eundẽ potũ? Bibebãt, inquit,

Iohan.6.

1.Cor.10.

inquit, de spirituali sequenti petra, petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus, Petra Christus in signo, verus Christus in verbo & carne. Manna & speciem visibilem panis & vini corporalem escam dicit, diversa illis & nobis. Sed quid credentibus illis & nobis per hanc diversam escam significatur? Idẽ est scilicet Christus, & ideo dicit in signis diversa esse manna & panem, in re, id est, in Christo qui significatur per illa, paria, cum tamen sacramentum panis familiarius significet Christum quam manna, quia manna futurum, panis præsentem, manna tãtum extrinsecus, panis ita, vt substantialiter sit conuersus in corpus Christi, & formaliter significet corpus Christi. Eadem enim fide Christi saluati sunt qui ante Christum, qua saluãtur & illi qui modo sunt, quia crediderunt venturum esse quem nos credimus venisse. Vnde Augustinus in libro de pœnitentia: Vt quid paras dentes & vẽtrem? Crede in eum, hoc est manducare panem viuum. Qui

Psal. 104. credit in eum, manducat eum. Itẽ Augustinus in Psalmo. 104. Panis cœli est assumptum corpus agni, quo nos reficimur in ecclesia, sicut illi refecti sunt manna. Nec solum comparatur sacramentum corporis Christi cæteris sacramẽtis consignificando, sed & in corpore Christi æternaliter non permanendo. Quamuis enim panis substantia mirifice, vt dictum est, in corpus Christi conuersa credatur, forma tamen in sacramento remanens, non in corpore Christi manere perpetualiter, sed post hanc vitam omnino desinere creditur, sicut & cætera sacramenta. Cum enim scriptum sit: Panem angelorum manducauit homo, quia eodem

dem Christo reficitur homo in via credendo, quo sa tiantur angeli in patria, eum sicut est videndo, cum eodem fruuntur vt viuant sine sacramēto quo & nos ne moriamur cum sacramento, quando erimus sicut angeli dei, nunquid eum quem angeli sine sacramento vident reuelata facie sicut est videre poterimus, ni si ablata vmbra sacramenti? Quomodo enim facies sua vel nostra erit reuelata, nisi omnis veli vmbra reiecta, & nos appareamus filij dei, quod sumus, & ipse nobis appareat quod est, sicut est deus? Frustra oraremus, vt quod nunc specie geritur, rerum veritate capiamus, si ibi etiam huius sacramenti haberemus vmbram, vbi facie ad faciem sicut est videre speramus CHRISTI gloriam. Quæ enim remuneratio esset nobis in alia vita, si vmbra sacramenti contegente, veritas gloriæ CHRISTI nunquam nobis fieret manifesta? Vnde Ambrosius in libro de offi cijs: Illa igitur sunt nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas est. Hic vmbra, hic imago est, illic veritas. Vmbra in lege, imago in euangelio, veritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur & vitulus, nunc Christus offertur, quasi recipiens passionem, & offert se ipse quasi sacerdos, vt peccata dimittat, hic in imagine, ibi in veritate, ibi apud patrē quasi aduocatus pro nobis interuenit. In quo notandum est, quia in veteri testamento, dedit deus tantum figuræ vmbram, in nouo veritatem cum figura, in futuro dabit veritatem non cum figura, sed manifestam, vt tali profectu temporum nos perfectæ veritati viciniores ostenderet, quibus post vmbratam veritatē,

nihil nisi eandem manifestam dari restaret. Vetus est testamentum, veritatem promisit, non dedit: nouum dedit, sed non ostendit, Quid restat nisi vt eadem ve-
Luc. 6. ritas in alia vita manifestetur? Vnde & venerabilis Beda presbyter ait in expositione huius Euangelici capituli: non arbor bona, quæ facit fructus malos: In hac vita lumine sanctarum scripturarum, & sacramētorum cœlestium refectione opus habemus, in futuro autem talibus non egebimus subsidijs, vbi iuxta Psalmistæ vocem, quicunque apparuerint cum iusticia, satia-
Psal. 16. buntur manifesta gloria Christi. Quomodo enim egebimus refectione vbi sempiterna erit satietas? vel quomodo egebimus sacramento, quod vtique oculus corporaliter vidit, cum deus diligētibus se, teste Apostolo, quod oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, preparauerit? Item cum ipse dominus nobis præceperit, quotiescunque hoc fa-
1. Cor. 2. cimus facere ad suam commemoratiōem, cum eum videbimus sicut est, quomodo necessaria erit huiusmodi commemoratio, cum in præsente eius visione, nulla possit intercidere obliuio? Vnde Hieronymus in prima Epistola ad Corinthios: hanc vltimam memoriam nobis reliquit, quemadmodum si quis peregre proficiscēs, aliquod pignus ei quem diligit relinquat, vt quotiescunque illud viderit, possit & eius beneficia & amicitia memorari. quem si ille perfecte dilexit, sine ingenti illud desiderio vel fletu videre nō potest. Ideo hoc saluator tradidit Sacramentum, vt per hoc semper commoneamur, quia pro nobis mortuus est. Nam & ideo cum accipimus à sacerdotibus cō

monemur

monemur, quia corpus & sanguis est Christi, vt non simus ingrati tantis eius beneficijs. Quia igitur commemoratio mortis non erit necessaria ad concitandum desiderium vel fletum, vbi nõ peregre profecta, sed præsens semper erit vita æterna & gaudium: ideo Apostolus huic sacramento, ne æternum videatur, finem denuntians ait: Quotiescunq; manducabitis hũc panem & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Quod Augustinus exponens in libro cõtra Faustum ait: Significat finem seculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramẽto spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quando bibitur quod de Christi latere manauit, sed in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradet regnũ deo & patri, vt in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysterijs corporalibus egeam'. Quia ergo hoc sacramento nõ est in æternum mors Christi annuncianda, sed tantum donec veniat, quia postea nullis mysterijs egebimus, constat illud transitorium esse signum & temporale, quo tantum egemus nunc, dum videmus per speculum & in ænigmate. Vnde item Augustinus in sermone super orationem dominicam: Cum transierit vita ista, nunqđ petemus panem quotidianum? Tunc enim non vocatur quotidie, sed hodie. Tunc vocatur quotidie quando transit dies, & venit alius dies. Nũquid vocabitur quotidie quando erit æternus vnus dies? Sanè duobus modis intelligenda est ista petitio de pane quotidiano, siue pro necessitate carnalis victus, siue pro necessitate spiritualis alimoniæ. Norũt spiritualẽ alimo

niam fideles, quam & vos si puri estis, accepturi estis de altari dei, Panis erit & ipse quotidianus huic vitæ necessarius. Nunquid enim eucharistiam accepturi sumus, cum ad ipsum Christum venerimus, & cum illo in æternum regnare cœperimus? Ergo Eucharistia cotidianus panis est: Sed sic accipiamus eum, vt nō solum ventre, sed & mente reficiamur. Et paulo post: Quando illuc venerimus, ipsum verbū manducaturi sumus & bibituri, quomodo angeli modo, vident enim ipsam veritatem, & illo fonte satiantur, vnde nos irrigamur. Cum igitur eucharistia sit panis cotidianus, huic vitæ necessarius, quem non sumus accepturi, cum ad ipsum venerimus, quādo manducaturi sumus ipsum verbum quomodo angeli modo, constat eam non esse æternam specietenus, quam tamen ipsa sui veritate æternam credimus.

Quia igitur panis mysticus fit nobis, non nascit, nec ipso suo mysterio æternus habetur, sed temporalis & cotidianus, q̄d nec origine, nec æternitate Christo congruit, quomodo vnius personę cum ipso credendum erit, cum de nostra persona etiam dominus dixerit: qa capillus de capite vestro non peribit? Quapropter de forma huius sacramēti ita iudicemus, sicut beatum Augustinum in libro secundo contra Maximinum formam impersonatam & formam mysticam distinguere cognouimus. Ait enim: Adhuc in forma humana est filius, quam leuauit in cœlum, & sempiterna erit in regno, hęc eadem forma immortalis. Nam de spiritu sancto, qui nullam suscepit formā ad vnitatem personæ suæ, quamuis se per subiectā creaturam

aturam visibiliter & ipse, siue per columbæ speciem, siue per linguas igneas sit demõstrare dignatus, nunquam dictum est quod sit minor patre. Ad horã qppe apparuerunt illa quæ spiritumsanctum significando mõstrarent visibiliter inuisibilem, columba propter amorem sanctum, ignis autem propter charitatis lumen atq; feruorem, & peracto significationis officio corporales illæ species transierunt, atque esse vlterius destiterunt, sicut columna ignis nubilosa per diem, luminosa per noctem. Christus autem non humanam ad horam sumpsit effigiem, in qua hominibus appareret, ac deinde species illa periret, sed in vnitatem personæ suæ, manente inuisibili dei forma, accepit visibilem hominis formam, non solum natus in ea de homine matre, verum etiam creuit in ea, manducauit, bibit, do[illegible]uit, occisus est, in ea resurrexit, ascendit in cœlum, [illegible]det ad dexterã patris in ea, & in regno suo ei qui ill[illegible] subiecit omnia, erit subiectus in ea. Sic igitur in sacramento corporis Christi, panis formam Christo non dicamus impersonatam, sed quãuis ipsa panis substantia mirifice in corpus Christi conuersa sit, panis tamen forma in sacramento remanens, mãsura perpetualiter in Christi corpore nõ putetur, sed sicut cętera sacramenta post hanc vitam omnino desistere credatur, ne de impanatione aliqua hæresis oriatur. Nam si impanatur Christus, vel in panem conuertitur, quod est nefarium, cum sit immutabilis: vel fit panis sicut verbum caro factum est, quod friuolũ est, cum non astruat autoritas euangelica vel prophetalis, cum econtrario etiam panis fiat caro Christi, ita

ita vt non remaneat panis. Non enim esset magnum quod Apostolus ad commendandam hominibus dei dilectionem, & humanæ naturæ dignitatem ait, quia filius dei angelos non apprehendit, si ille qui naturæ angelorum contempsit personaliter vniri, brutæ panis substantiæ impersonatus, panis vellet fieri. Sua enim impersonatio iam non hominibus singularis, qa etiam panibus facta communis, sicut humanæ naturæ minueret dignitatem, sic etiam dei erga homines minus commendaret dilectionem. Non ergo moueat quēquam quod ipse de se ait: Ego sum panis viuus figurate, quia ipse creditur panis fieri vere, quo modo eandem redemptionem, quam semel fecit in cruce, operari poterit, etiam in altari quotidie? Nam qui semel incarnatus, paulo minus ab angelis est minoratus, quia factus passibilis, hic toties impan[illegible], quoties in altari consecratur, ipsis hominibus multo minor fieret, quia factus irrationalis. Sicut enim impersonationis iure, vt verus homo esset in homine, accepit animam cum ratione sua, & carnem cum sensibus suis, vt in ea pati posset, sic panem acciperet cum irrationalitate sua, & quia minor fieret illis redemptis, nō videretur æquum & sufficiens esse precium redemptionis. Si enim neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subterram inuentus est dignus qui aperiret librum nostræ redemptionis, quia neq; angelus, neq; viuus homo mortuus, quanto minus aliquis infra hominem factus? Absurdum est igitur de dei sapientia tam stulte sentire, aliquasq; scripturas ad huiusmodi sensum inflectere. Cur enim deus fieret aliud quā in quod semel

mel fact⁹ est, homo scilicet ad nostram salutem, cum nihil aliud operetur in sacramento, quam quod semel operatus est nobis in seipso, in cruce scilicet & altari nostram redemptionem, ad quam semper digne suscipiendam, semper signo suæ præsentiæ nostram voluit excitare deuotionem, per tanti sui beneficij præsentis & præteriti commemorationē. Sicut ergo spiritus sanctus in specie columbæ vel liguis igneis sine vnitate personæ apparuisse creditur, sic Christus in sacramento panis & vini corporaliter confici, sed non personaliter vniri astruatur.

Quod nouus panis & vinum in corpus Christi mutata, nouam carnem vel sanguinem non generāt.

Caput. VIIII.

SEd verum huius mutationis trahunt aliqui nimis simpliciter à cōmuni natura similitudinem, sicut panis & vinū in viuentē carnē & sanguinē transfertur nostrū, vel etiā in viuentē & viuificantē carnē ipsius Chri, q̄diu nobiscū cōuersatus est p naturā comestiōis, sic etiā in viuētem & viuificatricē carnē & sanguinē Chri trāsferat p grām sacerdotalis bn̄dictiōis. Sed lōge aliī panis & vinū fit caro & sanguis Chri in Sacramēto p grām, q̄ in cuiuslibet vl' etiā ipsius Chri stomacho p naturā. In stomacho em̄ Chri panis & vinū nō mutata vel deficiēte substātia s3 forma, nouā carnē & nouū sanguinē, corruptiōi aliq̄tenꝰ obnoxiū, sicut in cęteris hoibꝰ gn̄auit, in Sacramēto aūt mutata substātia nō forma, panis & vinū nō fit noua caro & nouꝰ sanguis, s3 existēs substātia panis &

vini

vini mutať in coexiſtētē ſubſtātiā corpis Chriſti, ita vt nouitate ſua nihil in ipſo innouet, mutatiōe ſua nihil immutet. Si enim eſt mutabilis, vel in augmētum mutatur vel in detrimentum. Sed ſi eget augmento, non in virum perfectum reſurrexit: Si detrimēto obnoxius eſt, corruptionem nondum euaſit. Sed econtra Auguſtinus in epiſtola ad Conſentium de corpore domini poſt reſurrectionem: Conſtat itaq; nec dubitandum eſt corpus Chriſti quod licet corruptionis putredinem in ſepulchro nō videret, vnde ſcriptum eſt: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionē: clauis tamē & lancea perrumpi potuit, nunc omnino in corruptione conſiſtere. Si quæris itaq; quomodo res corruptibilis in incorruptibilem, exiſtens in coexiſtentem, noua in antiquam ſine illius innouatiōe vel mutatione mutetur, reſpondet ibi Auguſtinus in lib. Sententiarum Proſperi. Si quęris modū quo id poſſit fieri, breuiter ad præſens reſpondeo: Myſterium fidei eſt, credi ſalubriter poteſt, inueſtigari vtiliter non poteſt. Item idem contra Felicianum: Omittamus in deo corporalis intelligentiæ legem, ne operibus ſuis ſimilem dicamus eſſe factorem. Et poſt pauca: Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum putet incredibile, aut repertum nō credat ſingulare. Item Ambroſius de ſacramentis, omnis naturæ terrenæ originem vel contradictionē ab hoc ſingulari diuinæ gratiæ ſacramento excludens ait: Forte dicas: Aliud video, quomodo tu mihi aſſeris, q corpus Chriſti accipiam? Ex hoc ſupereſt nobis vt probemus. Quamuis vtimur exemplis vt probemus, nō hoc

hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremq́ue esse vim benedictiõis, quàm naturæ, qua benedictione ipsa natura mutatur. Virgam tenebat Moses, proiecit eam & facta est serpẽs. Et post pauca. Tetigit Moses petram, & aqua de petra profluxit. Nunquid non præter naturam operata est gratia, vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura? Aduertimus igitur maioris esse gratiam quam naturam Quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba domini saluatoris operantur? Nam sacramẽtum istud quod accipis, Christi conficitur sermone. Sermo igitur Christi q potuit ex nihilo quod non erat facere, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Nonne maius est noua res dare quã mutare naturas? Quod argumentis astruimus, suis vtamur exemplis, incarnationisq́ue exemplo astruamus mysterij veritatẽ. Nunquid naturæ vsus præcessit, cum Christus dominus ex Maria nasceretur? Liquet ergo quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc quod conficim⁹ corpus ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus nat⁹ ex virgine? Vera vtiq́ue caro Christi quę crucifixa ẽ, quæ sepulta est. Vere igitur carnis illius sacramentum est Ipse dominus Iesus clamat: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborũ cœlestium, alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationẽ san-

guis nuncupatur. In quo notandum est, quia beatus Ambrosius ad comprobandum huius singularis mysterij tertiũ miraculũ, duo mirabilia opera dei præmisit, vnũ creationis, qua fecit existere quæ non erant: alterum mutationis, qua ea quæ erãt fieri fecit quod nõ erant. quorũ quia ab altero non quieuit, ne deinceps ex nihilo substantias creet ac formas, alterum naturę communicauit, quo ea quę sunt, in id quod non sunt mutantur secundum formam, vt virga in serpentem, mirabiliter, & omne semẽ in fructum sui generis naturaliter, tertium priuilegio diuini sermõis ascribẽs, subiecit, & hoc quod conficimus corpus ex virgine ẽ. In præsenti enim quod dixit, conficimus, nouitatem panis, in corpore quod ex virgine est, immutabilitatem antiquæ veritatis astruxit, vt dum panis manente forma sua mutatur in id quod non erat, præter ordinem naturę, nec de nihilo credatur corpus Christi creari in sacramento, secundum primariæ naturæ originem, nec panis formam mutari secundum naturæ communicatam consuetudinem, sed nouo & inaudito modo ita mutari substantiam panis in substantiam corporis Christi, vt panis nõ sit, sed appareat eẽ quod fuerat, & corpus Christi non desistat esse quod erat. Dignum nanque erat, vt quia hoc sibi in seipso erat proprie proprium, cæteris suis operibus incommutabile faceret tanti sui mysterij miraculum. Quæritur autem cum dominus ante passionem discipulis sacramentum corporis sui dederit, quando erat naturæ passionibus obnoxium, si tamen ita incorruptibile & immortale dederit illud in sacramẽto, sicut da-

tur nobis mõ, maximecũ dixerit: hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur, hic est sanguis qui pro vobis effundetur. Sed non est mirũ, si ille qui ante passionẽ transfigurauit se in tale corpus, quale post resurrectionem habiturus erat, & post resurrectionem ostendit corpus suũ vulneratum & palpabile, quale añ passionẽ habuerat, ita immortale dederit corpus suũ in sacramento quod erat moriturũ, sicut post resurrectionẽ idẽ corpus suũ quod erat inuulnerabile, ostendit vulneratũ. Sicut hoc, si & illud diuinæ potentiæ ad scribitur. Diuina eñ operatio (vt ait Gregorius) si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritũ, cui humana ratio præbet experimentum. Qui ergo duplici forma, humana scilicet & sacramẽtali præsentẽ se exhibuit quasi alterũ, cũ omino idem esset, & comedendum se distribuit, cum viuus & integer permaneret, nonne in illo sacramẽto se incorruptibilem & immortalem præbuisse credendus est, in quo nec morsibus attritus corrumpi, nec comestione tot hominum deuorat⁹ potuit occidi? Sicut ergo mortuus in seipso, factus est immortalis in sacramẽto supra naturam, sic eum etiam tunc caro eius & sanguis cibis & potibus innouari posset, ac mutari p naturam in seipso, non tamen nouo vino & nouo pane innouari aut mutari potuisse credenda est eadem caro vel idẽ sanguis in sacramento. Quod autẽ seipsum distribuerit discipulis, testatur Augustinus in titulo Psalmi. 33. cũ fugeret Dauid Saul persecutorẽ inquiens ait: Et ferebat manibus suis. Hoc vere quomodo fieri possit in homine, qs intelligat? qs eñ portat ma-

nibus suis: Quomodo intelligatur in ipso David, nõ inuenimus secundum literam, in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando commendans corpus suũ ait: Hoc est corpus meum. Ferebatur enim illud in manib⁹ suis. Cum ergo constet, quia seipsum moriturus immortalem, visibilis inuisibilem in sacramento dederit, constat quia illud corpus suum, quale nos modo sumimus, tale fuit, vnum idemq́; omnino in substantia & tunc & nũc: sed tunc tamen differens mortalitate & immortalitate, in hominis & sacramẽti forma, nunc hominis tantum & sacramenti forma. Quam identitatem substãtiæ, diuersitatemq́; formæ Augustinus discernens, de identitate substantiæ, vt omnem nouitatem vel diuersitatem excludat, ait in Sermone ad Neophytos: Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: Hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere. Erit enim mors, non vita, qui mendacem existimauerit vitam. Qui ergo de substantia tam veraciter astruxit, illud idẽ hic esse quod ibi fuit, de diuersitate formæ in epistola ad Ireneum ita ait: Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigẽt. Ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Quasi diceret: Ipsum quidem secundum inuisibilem substantiã, & non ipsum secundũ visibilẽ formam.

Quod non de quolibet filio hominis, sed de ipso Christo intelligendum est, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.

Caput. X.

Sed

Sed ex hac beati Augustini sententia qua dicit: non hoc corpus quod videtis manducaturi estis: & ex ipsius domini verbis nata est hæresis tempore Celestini papæ, & Cyrilli Alexandrini episcopi, quibus adnitentibus celebrata est synod⁹ Ephesina, & destructa est hæresis, quæ dicebat panem & vinum altaris, non in propriam carnem & sanguinem Christi, quæ iā in cœlo erat, posse in mundo mutari, sed in carnem & sanguinē cuiuslibet filij hominis iusti & sancti, qui templum dei, & merito suo corpus Christi esset, de quo Christus ipse dixerat: nisi mā ducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitā in vobis. Igitur. 150. episcopi in Epheso congregati, contra hanc hæresim, ita scripserunt Nestorio episco- Iohan. 7.
po hæreticorum: Sanctificamur participes sancti corporis & preciosi sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter & deus existens, qui eidem propriæ carni vnitus est, viuificatricē eam esse professus est. Et ideo quamuis dicat, nisi manducaueritis carnem filij hominis, non tamen eam vt hominis vnius ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse poterit caro hominis? Sed profitemur vere propriam eius factam, cui propter nos filius hominis & factus & vocatus. Cū ergo hac sy-

nodo satis astructum sit, non alicuius de vulgo homi-
nis carnem & sanguinem in mysterio sumi, sed car-
nem viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam,
ne tamen verbis beati Augustini, quibus dixit ex per
sona domini, non hoc corpus quod videtis manduca
turi estis, quasi illud remouendo à se, & iterum, my-
sterium vestrum in mensa domini positum est, estote
q̄d videtis, & accipite quod estis, ne ex hac quasi vni-
tatis familiaritate subrepat, vt adhuc ad eam dignita
tem aspirare præsumat aliquis, vt suum vel alicuius
corpus de vulgo sumi æstimet in sacramento, q̄d ve-
re solius Christi corpus ibi sit astruamus: Augustinus
August. in libro de Trinitate. 4 Quis tam sanctus & iustus sa
cerdos, quàm vnicus filius dei? Et quid tam grate of-
ferri & suscipi posset, quam corpus sacrificij nostri,
corpus effectum sacerdotis nostri, vt quoniã quatuor
considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo
offeratur, quid offeratur, pro quib⁹ offeratur, idem
vnus ipse verusque mediator per sacrificium pacis
reconsilians deo, vnum cum illo maneret cui offe-
rebat, vnum in se faceret pro quibus offerebat, vnus
ipse esset qui offerebat, & quod offerebat. Item
Leo papa in epistola Anatholio episcopo missa: Ali-
Leo papa. ter in ecclesia dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt
sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprie-
tate naturæ, verus nos pontifex reconciliet, verus im
maculati agni sanguis emundet, qui licet in patris sit
dextra constitutus, in eadem tamen carne quam sum
psit ex virgine, sacramentum propitiationis exequi-
Leo. tur. Item Leo: Dicente domino, nisi manducaueritis
carnē

carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. sic sacræ mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumit, quod fide creditur, & frustra, amen ab illis responde tur, à quibus contra id quod accipitur disputatur. Itẽ Eusebius Emisenus: Inuisibilis sacerdos, visibiles cre aturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate cõuertit, ita dicens: Hoc est cor pus meũ: & repetita sanctificatione: hic ẽ sanguis me us. Ergo ad nutum præcipientis, repẽte ex nihilo sub stiterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum. Pari potentia in spiritualibus Sacramentis vbi præcipit virtus, rei seruit effectus. Quis ergo de vulgo talis, vt vnicus dei filius, qui in eadem carne q̃ sumpsit ex virgine, sacramentũ propitiationis nobis in dextera dei sedens exequitur, & inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam sui corporis cõuertit? A qua præsumptione Eusebius prorsus nos com pescens ait: Cum ad reuerendum altare cibis satiãdus accedis, sacrum dei corpus & sanguinem fide respice, mente continge, honora, mirare, cordis manu suscipe, & maxime haustu interiori assume. Et post pauca: Ad agendum & percipiendum sacrificiũ veri corporis, ipsius te robur & potentia inuitat, qui tunc latuit præfiguratus in mãna, & est manifestatus in gratia. Ipsum autem in mannæ illius specie præfiguratũ etiam propheta ostendit dicens: Panem angelorũ mã ducauit homo. Et quis est panis angelorũ nisi Christus qui eos cibo suæ claritatis exatiat?

Eusebius.

Quod in sacramento visibili sit spirituale & inuisibile corpus Christi. Caput. XI.

Sed ecce ex verbis Eusebij, quibus astruit inuisibilem sacerdotem, visibiles creaturas, in substantiam sui corporis conuertere, nosq; monet ipsum dei corpus & sanguinem, fide, mente, cordis manu, interiori haustu, spiritualiter sumere, videtur quærendũ, si sacerdos est inuisibilis, quomodo sua substantia sunt, cum sint visibilia corpus & sanguis? Sed sciendum quia post resurrectionem corpus Christi sicut incorruptibile, ita & inuisibile fuit: quia ait Apostolus, non animale, sed spirituale resurrexit, & quale prodijt de sepulchro, tale est in panis & vini sacramento. Quod enim legitur post resurrectiõem
Locz.24. discipulis ostendisse manus & latus, beatus Gregorius distinguit in homilia paschali: Corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod nõ corrumpitur. Sed miro & inæstimabili modo, redẽptor noster & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit, vt mõstrando incorruptibile inuitaret ad præmiũ, præbendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibilem ergo se, & palpabilem demonstrauit, vt ostenderet corpus suum post resurrectionem & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. Quod autem corpus Christi spirituale sit & incorruptibile, & inuisibile, nec tamen minus substantiale in sacramento, testantur cæteri sancti cum Eusebio. Vnde Ambrosius in libro de Sacramentis. His Sacramẽtis pascit Christus ecclesiam suam, quibus animæ firmatur

naturę substantia. Quid edamus&bibamus, per Pro
phetam spiritus sanctus expressit dicens: Gustate & vi Psal. 33.
dete quoniam suauis est dominus. In illo sacramento
Christus est, quoniam corpus est Christi. Non ergo
corporalis esca, sed spiritualis est. Corpus enim dei,
corpus spirituale est: corpus Christi, corpus est diui-
ni spiritus. Item Augustinus. Hoc est quod dicimus,
sacrificium ecclesię duobus constare. Visibili elemen
torum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi
carne & sanguine. Item idem. Nos autē in specie pa-
nis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est, carnē
Christi & sanguinem honoramus. Item Augustinus
ad Ireneum, Non hoc corpus quod videtis manduca-
turi estis, ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibi
liter, & non ipsum visibiliter. Vnde & subditur: Si ne
cesse est visibiliter illud celebrari, necesse est inuisibili
ter intelligi. Quia ergo corpus domini spirituale, nō
est corporalis esca, sed spiritualis, & necesse est inuisi
biliter illud intelligi, ideo Augustinus in libro .2. de
Doctrina Christiana ait, Locutio si flagitium aut faci
nus videtur iubere, aut vtilitatem & beneficentiā ve-
tare, figurata est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem
filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habe-
bitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur iu
bere. Figura ergo est pręcipiens passioni domini esse
communicandum, & vtiliter recondendū in memo-
ria, quod caro eius pro nobis crucifixa & vulnerata
sit. Quod & ipse dominus pręcepit. Hoc facite in me
am commemorationem. Item Hieronymus in homi
lia super Leuiticum: Non solum in veteri testamēto

litera occidens deprehenditur. Est & in nouo testamento litera, quæ occidit eum qui nō spiritualiter aduertit. Si enim literam sequaris, hoc ipsum quod scriptum est: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, occidit hæc litera. Si enim spiritualiter eam intelligas, non occidit, sed spiritus uiuificans est in ea. Quod Augustinus in expositione

August. Psalmi. 54. apertius exponens, prima, inquit, hæresis in discipulis Christi, velut à duritia sermonis eius facta est. Cum enim diceret: nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitā æternam: illi nō intelligētes, dixerunt adinuicem: Durus est hic sermo. & separauerunt se ab illo. illis discendentibus, instruxit illos qui remanserant. Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ locutus sum ad vos, spiritus & vita sunt: Intellexistis carnaliter, & sic spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intelligite quæ locutus sum. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinem, quē fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis cōmēdaui, spiritualiter intellectum, viuificabit vos, caro autem non prodest quicquam. Sed quomodo illi intellexerunt? Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere vēditur, aut in macello dilaniatur.

Iohan. 6. Sciens autem Iesus ait: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Quid est hoc? Illi putabant illum erogaturum corpus suum, ille dixit se ascensurum in cœlum, vtique integrum

grum. Cum videritis filium hominis ascendentem vbi eratprius, tunc videbitis qa non comõ, quo putatis, erogat corpus suũ, vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. Non enim reuera credendum est corpus CHRISTI, cum spirituale sit & inuisibile, more ciborum communium dentibus & morsibus nostris posse discerpi & consumi. Sed quamuis in sacramento suo vere sit, & vere sumatur quantum ad substantiam, verius tamen & perfectius fide ac deuotione sumitur quantum ad salutis gratiam. Vnde Augustinus in libro secundo de Pœnitentia: Vt quid paras dentes & ventrem? Crede in eum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit in eum manducat eum. Item idem in libro de verbis domini: Tunc autem vita vnicuique erit corp⁹ & sanguis CHRISTI, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritaliter bibatur. Quod euidentius Gregorius in homilia paschali ait. Quid sit sanguis agni, nõ iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrunq; postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtrunq; enim poste agni sanguis est positus, quando sacramẽtum passionis illius, cum ore ad redemptionẽm sumitur, ad imitationem quoque tota mente cogitatur. In quo notandũ est, q Augustinus & Gregorius idẽ dicunt in sacramento visibiliter ore corporis sumi, q̃d in ipsa veritate spiritualiter ore cordis hauriri, nõ q substãtialiter aliquid verius credatur corde q̃ sumat

ore

ore, sed ipsa pura veritate sumi veritas dicitur, quando quod spirituale est spiritualiter, inuisibile inuisibiliter, salutare salubriter, quod est sicut est sumitur interius amando, quod idem tamē exterius non in ipsa veritate sumi dicitur in Sacramēto, quia in eo nec q̄d est sicut est sumitur, quantum ad extraneam & visibilem formam, nec quod est sicut est male sumentibus operatur quantum ad gratiam. Licet enim alter gustus sine altero non prosit si negligitur, in hoc tamen spiritualis est melior, quia semper salutem operatur bonis, corporalis autem aliquando etiam mortē malis. Quia igit̃ spirituale corpus Christi & sanguis nō carnalis, spiritualis cibus & potus est, quo spiritualiter Christus, suam sibi, vt corpus capiti vnit & incorporat ecclesiam, ideo Augustinus figuratam locutionem, qua caro Christi manducari iubeatur, allegorice intelligendam dixit. Item Hieronymus literam occidentem, nisi spiritualiter intelligeretur, vocauit, vt corpus Christi non membratim discerptum, & coctū vel crudum manducari debere videretur, sed potius spiritualiter, vt dictum est, incorporari & vniri fidelibus crederetur. Quamuis aūt corpus & sanguis Christi spiritualis cibus & potus sit, & spiritualiter sumi iubeatur, non tamen ita per omnia accipiendum est spiritualiter, vt tātum animæ & non corpori nostro salutem æternā operetur. Ait enim Augustinus in prima epistola ad Corinthios: Calicem mysticum ad tuitionem animæ & corporis percipimus. Caro salua-Augus. toris pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra

ſtra effuſus eſt, vt totum hominem ſaluum faceret. Item Auguſtinus in Sermone. 26. ſuper Iohannem. Cum dixit:qui manducat carnem meam,& bibit me um ſanguinem,habet vitam æternam:continuo ſub iecit:& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die, vt habeat interim ſecundum ſpiritum vitam æternã, in requie quę ſanctorum ſpiritus ſuſcipit. Quod autem ad corpus attinet,nec ei vita æterna fraudetur, ſed in re ſurrectione mortuorum in nouiſſimo die. Vnde etiam ſecundum corpus dicimur, membra capitis Chri ſti eſſe. Auguſtinus in Sermone de verbis Apoſtoli: Si dominus noſter Ieſus Chriſtus animam tantummodo ſuſcepiſſet humanam,membra eius non eſſent niſi animæ noſtræ. Quia vero & corpus ſuſcepit, per quod etiam caput nobis eſt, qui ex anima & corpore conſtamus,profecto membra illius ſunt & corpora noſtra. Quia igitur nos ex corpore & anima conſtamus,Chriſtus autem ex corpore & anima & deitate, videamus ſi in tã vnico vnitatis Sacramẽto,quo eccleſiæ,vt corpori ſuo ſuum incorporat,ſicut corporis & animæ dominicæ,ſic etiã ipſius diuinitatis ſuę mereamur conſortiũ,ait Ambroſius de Sacramentis. Quia Ambroſi. idem dominus noſter Ieſus CHRISTVS conſors eſt diuinitatis & corporis,& qui accipit carnem eius, diuinæ eius ſubſtantiæ in illis participaris alimento.

Quod corpus Chriſti cum in ſacramento ſit ſpiritualiter & inuiſibiliter,non tamen minus ſubſtantialiter & vere. Caput. XII.

Quia

QVia ergo ſpirituale & inuiſibile cor-
pus Chriſti aſtruximus, & per ipſum
nos tamen nõ ſolum ſpiritualiter, ſed
& corporaliter humilitatis eius & di
uinitatis participamur, eundẽ habe-
mꝰ ad tuitionẽ noſtrã in viatico, quẽ
ad glorificationẽ habituri ſumus in præmio, vt ſub-
ſtantialiter & vere in ſacramento ſuo eſſe credat, quo
nos ſibi, & ipſe nobis vnitur, de veritate corporis eiꝰ,
quamuis ſuperius manifeſte dictum ſit, certius tamẽ
adhuc differemus. Cum igitur Auguſtinus dicat, erit
ei mors, non vita, qui mendacem exiſtimauerit vitã,
quis non credat ei, quem pater deus mundo commen
Mat.3.17. dans, & vt ſummum pontificem præferens ait: hic ẽ
Lucæ.9. filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipſum au-
dite? Inobedientes erimus deo patri, ſi vt ipſe præce
pit, non audierimus filium, auribus audiendi, id eſt,
auribus fidei. Ipſe autem filius teſtatus eſt mundo, qa
niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſan-
Iohan.6. guinem meum, nõ habebitis vitam in vobis. Et quia
om̃is caro ſua eſt poteſtate, ne poſſet alia quam ſua, ꝓ-
pria caro intelligi, ſubiecit: Qui manducat me, viuet
propter me. Sed quia manducare hominem, erat con
tra humanam conſuetudinem, diſcipuli eius ſcanda-
lizati dixerunt: durus eſt hic ſermo, & receſſerunt ab
eo. Vnde Auguſtinus in Pſalmo. 33. Videbãtur igna
ris infantilia verba domini hæc: niſi quis manducaue
rit carnem meam & biberit ſanguinem meum, non
habebit in ſe vitam æternam. Sed hæc verba tegebãt
virtutem ipſius. Quaſi inſanus putabatur dominus,

quando

quando hæc dicebat, sed norũt fideles, quia sacramen ta prædicabat. Item idem in libro de verbis domini. Audiuimus veracẽ magistrũ, diuinũ redẽptorẽ, hũanum saluatorẽ cõmendantẽ nobis pretiũ nostrũ, sanguinẽ suũ. Locutus est nobis de corpore & sanguine suo, corpus escã dixit, & sanguinem potum. Sacramẽtum fidelium agnoscunt fideles. Cum ergo commendans talem escam, & talem potum dixisset: nisi mãducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, nõ habebitis vitam in vobis, & hoc diceret de vita, quis alius loquebatur quàm ipsa vita? Erit autem illi homini mors, non vita, qui mendacem putauerit vitã. Scandalizati erant discipuli eius. Ne ergo, vt isti discipuli putabant, p frustra discerptus, & crudus vel coctus manducari crederetur, ipse summus Sacerdos seipsum pro nobis patri offerens, sacramentnm quo vere & salubriter manducari posset ac bibi, confecit, tradensq; discipulis, ne in mysterio mystice, & nõ, proprie vel vere loqui putaretur ait: Non futurum prædico, non absens aliquid denuncio, sed hocquod præsentialiter do, est corpus meum, non figuratum, sed verum, ipsum quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis idem ipse, qui pro vobis effundetur, addens etiam proprie proprium suæ carnis & sanguinis effectum, scilicet in remissiõem peccatorum. Cum enim solius dei sit remittere peccata, cui soli peccatorum debetur remissio, cui⁹ sanguis nisi ipsius dei, posse, remissionem peccatorum operari? Vt enim hoc priuilegium remoueatur ab omni filio hominis, si etiam sine vnitate dei, filius eẽt virginis, quõ remissionẽ pctõrũ mũdo

mundo faceret, cum Adã sine patre, sine matre de virgine terra formatus, non modo hoc non præstiterit, sed etiã oĩbus peccatum propagauerit, quia nec defuit, nec dei verbo regi voluit? Cũ igiř certissimo sui sanguinis priuilegio, veritatẽ carnis & sanguinis sui astruxerit in mysterio, ille cuius obedientia nobis in iuncta est patris edicto, restat tantum, vt scandalizatorũ stultitiã vitantes, ipsum vt pater de cœlo iussit, audiamus, & quia veritas & vita est, veracem esse sicut vere est, credamus: Quod vt certius & verius fiat, scandalizatis discipulis à Christo recedentibus, princeps Apostolorum Petrus requisitus cum alijs num & ipse vellet abire, quid responderit videamus. ait enim pro se & pro alijs: Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Quam eius responsionem ne meo sensu interpretari videar, exponit Augustinus in Sermone. 28. super Iohannẽ ita: Videte quẽadmodum Petrus dante deo intellexit. Vnde, nisi credidit?
Iohan. 6. Petr. 6. Verba vitæ æternæ habes. Vitã eñ æternã habes in ministratione corporis & sanguinis tui. Et nos credidimus & cognouimus qa tu es filius dei. i. quia ipsa vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod es. Ecce idẽ quod Christus de veritate corporis sui, testatur & Petrus, & quia pro alijs etiã loquebatur, cum eo alij Apostoli. Videamus itaq; si te-
Ambros. stimonio Christi cum Petro & alijs Apostolis attestentur etiã cæteri sancti. Ait Ambrosius de sacramẽtis. Dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus & sanguinẽ. Nũquid debemus de ei⁹
Hilarius. fide & testificatiõe dubitare? Itẽ Hilarius in libro. 9.

de

de Trinitate. Ipse ait: Qui edit carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis, non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra, vere caro est, & vere sanguis est, & hæc accepta atq; hausta, id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secũ hoc quod nos sumus in deo est. Et post pauca: Hæc ergo vitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus per carnem Christum manentem habemus, victuris nobis per eum, ea conditione qua viuit ille per patrẽ. Item Eusebius Emisenus: Cœlestis confirmat autoritas, quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere ẽ potus. Recedat ergo om̃e infidelitatis ambiguũ, quandoquidem qui autor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Item Hieronymus in epistola ad Edibiam: Nos autem audiamus panem quem fregit dñs dedit q; discipulis, esse corpus saluatoris, ipso dicente ad eos: Hoc est corpus meum, et calicem illum esse de quo locutus est iterum: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Si ergo panis qui de cœlo descendit, corpus est domini: & vinũ quod discipulis dedit, sanguis est illius, qui effusus est in remissionem peccatorum, non Moses dedit nobis panem verum, sed dominus Iesus: Ipse conuiua, ipse conuiuium, ipse comedens & qui comedit. Illius bibimus sanguinem, sine ipso potari non possum⁹, & q̃tidie in sacrificijs eius de germine vitis veræ, & vineæ Soreth, quod interpretatur e-

Eusebius.

Hieronym.

lecta, nouum vinum bibimus in regno patris, id est, in regno ecclesiæ, non in vetustate literæ, sed in nouitate spirit⁹. Testimonio Christi testes alios adhibere præsumpsi, & quia ipse quidem semper vere, aliquando tamen loquitur proprie, aliquando figurate, auditoresq́ꝫ suos ita discreuit, vt his datum sit nosce mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, nesciens cuius spiritus essent, quod ipsis sanctis non pigrũ fuit scribere, necessarium duxi repetere, vt ipse intellectus veritatis, non meæ videatur præsumptionis, sed catholicæ autoritatis, eorum qui ita crediderunt, & ita saluari meruerunt, quia fides Christiana quo fit certior, eo est vtilior. Vt ergo certior sit, aliorũ sanctorum subdatur autoritas. Ait Augustinus in expositione Psalmi. 98. Inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim Christus de terra terram, qa caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo illã manducat nisi adorauerit. Inuentum quemadmodum tale scabellum pedum domini adoremus, & non solũ non peccemus adorando, sed & peccemus non adorando. Hanc filij dei vere adorandam carnem beatus Basilius admirãs, ait in Dialogo suo de dignitate sacerdotij. O miraculum, o dei in nos beneuolẽtia, qui
Basilius. sursum sedet ad dexteram patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traditurq́ꝫ lambere cupientibus eum, & cum benedictione complecti, fitq́ꝫ hoc totum sub oculis humanis idem ipse, cũ
Sacerdos

Sacerdos ſpiritum ſanctum aduocauerit, & reuerendam illam hoſtiam immolauerit, communem deũ ſubinde cõtigerit, vbi illum mihi noſtra æſtimatiõe ponemus? Expende enim quales oporteat manus eẽ tantarum rerum miniſtras, qualem oporteat eſſe linguam verba illa fundentem, aut quo genere nõ mundiorem & ſanctiorem animã, talis ſpiritus receptricem. Tunc etiã angeli circunſtant ſacerdoti, & tribunal ac altaris locus cœleſtibus virtutibus adimpletur, in honorem illius qui immolatur. Item Gregori⁹ in quarto Dialogorum libro. Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terram cœleſtibus iungi, vnum ex inuiſibilibus atq; viſibilibus fieri. Sed neceſſe eſt vt cum hæc agimus, noſmetipſos deo in cordis contritiõe mactemus. Et qui paſſiõis dominicæ myſteria celebramus, debem⁹ imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis deo hoſtia erit, cum noſipſos deo hoſtiam fecerimus. Vñ Auguſtinus in libro. 10. de Ciuitate dei: In forma ſerui deus maluit ſacrificium eſſe quàm ſumere, ne per hanc ſaltem occaſionem quiſquam exiſtimaret, cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Pro hoc & Sacerdos eſt ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei Sacramentum, cotidianum voluit eſſe ſacrificium eccleſiæ, quæ cũ capitis ipſius corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre. In quo notandũ eſt, in Sacramento vere dei carnem eſſe, quæ tãtæ dignitatis eſt, vt eã angelicæ virtutes honorent miniſtrãdo, & homines adorãdo, & ſe

Gregorius

Auguſt.

ipsos hostias offerendo. Hac certitudine sancti manducari Christum affirmant. Augustinus in Sermone 26. super Iohannem: Temporaliter hi profecto moriuntur, qui Christum manducant, sed viuunt in ęternum, quia Christus est vita æterna. Item idem in homilia secunda Psalmi. 33. Accesserunt vt Iesum crucifigerent, nos ad eũ accedamus, vt corpus eius ac sanguinem accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Et post aliqua: Vere magnus deus & magna miseri:ordia eius, qui nobis dedit corpus suum manducare, & sanguinem suum bibere. Item Ambrosius de Sacramentis: Ista esca quam accipis, iste panis viuus q̃ de cœlo descendit, vitæ æternæ substantiam subministrat, & quicunq; hunc manducauerit non morietur in æternum, quia corpus est Christi. Item idem: Sicut verus est dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita vera eius caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & sanguis vere est potus. Item Augustinus in Homilia Psalmi. 66. Modo homicidis donatus ẽ fusus sanguis innocẽtis, & ipm̃ sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiã biberunt. Item idem in Psalmo. 45. ad Iudæos. In illius nomine quem occidistis baptizamini, & dimittũtur vobis peccata vestra, medicum vel postea cognouistis, iam securi bibite sanguinem quem fudistis. Itẽ idem in Sermone. 38. super Iohannem: Crediderunt inde multi, donatus est eis sanguis Christi, vt magis eum biberent quo liberarentur, quàm rei de illo effuso

Ambrosi.

August.

fuso tenerentur. Item idem in Sermone de feria.4. Si sanguinem Christi tota cum reuerentia percipis, cognosces per illum tua tibi dimitti peccata. Item idem in Sermõe de passiõe dñi: Fefellit illũ malignitas sua, intulit suppliciũ filio dei, q̃d cũctis filijs hominũ in remedium verteretur. Fudit sanguinem iustum, qui reconsiliando mundo, & preciũ esset, & poculũ. Itẽ idẽ in Sermone. 31. super Iohannẽ: Illi viderunt Christũ suo scelere morientem, & crediderunt in Christũ suis sceleribus ignoscentem. Quousq; biberent sanguinẽ quem fuderant, de sua salute desperauerant.

Quod veritas corporis Christi visibilibus etiam signis sit sæpius ostensa. Caput. XIII.



Vid ergo de veritate corporis & sanguinis Christi in Sacramẽto dici potest certius, nisi forte eam ipsam oculis videre velimus? In quo tamẽ nec ipse dominus nobis deesse voluit, sed modicę fidei nostræ per omnia consuluit. Quamuis enim ipsius Christi, & tot sanctorum testimonijs, & vniuersalis etiam ecclesiæ catholica fide, quæ ab initio conuersionis suæ ita credidit, & ita saluata est, sufficienter astructũ sit, quod vera caro Christi verusq; sanguis in mensa dominica immoletur, ne quis tamen peruersor aliter intelligeret vel exponeret, facta sunt à deo cõgrua huic nostræ fidei miracula, quando, vel vbi, vel quibus reuelare dignatus est huius mysterij abdita, quæ nimirũ facta esse non ignorabit, qsquis studiosius sanctorũ patrũ gesta legerit, quę testant Sacramẽtũ coporis

 & san

August. & sanguinis Christi, ablata panis & vini specie, sicut esse solet exhibuisse. Vt enim ait Augustinus contra Felicianum: Si incomprehẽsibilis est ratio, & veritas prompta est, facilius in negocijs fidei testimonijs creditur, quàm ratio inuestigatur. Ne igitur scripturæ quamuis cum propheticis & apostolicis ęquam autoritatis excellentiam non obtineant, eandem tamẽ fidem cum fidelibus & sanctis antecessoribus nostris nos tenere sufficienter probant, huiusq́ probationis in hoc sibi perfectam autoritatem vendicant, quia nisi ita esset vt docent in sacris canonibus vel Romanorum pontificum decretis, sicut hæretica vel apocrypha scripta damnatæ essent, nec eas in Ecclesia catholici viri legerent vel recitarent. Cum ergo præteriti & præsens fideles vbique terrarum hoc credant & astruant, si hæc vniuersalis ecclesiæ fides vera ad salutem non extitit, aut nunquam ecclesia catholica ecclesia fuit aut perijt, sed aut non fuisse, aut perijsse ecclesiam nemo catholicus consentit. Nam cum ecclesia & Euangelijs & prophetijs instituta sit, vbi est q̃d veritas Abrahæ promisit: in semine tuo benedicentur omnes gentes? Itemq́ vbi est, quod eadem veritas apostolis ait: Docete omnes: qui crediderit, saluus erit? Cum enim omnes gentes ita se credere glorientur, si salutis benedictione carent, vtrobiq́ veritas dei, & in prophetia & in euangelio periclitatur. Item cũ carnem & sanguinem suum naturali sua specie fidelibus suis reuelare dignatus sit, si causa desiderij faciandi fecit & ita non est, seruorum suorum deuotionem non compleuit, sed fefellit, si causa dubietatis fa-

nandæ fecit & ita non eſt, infirmorum errorem non abſtulit, ſed auxit, quod de pietate & veritate diuina vel leuiter ſuſpicari, non modo ſacrilegum, ſed & nepharium eſt. Anathema ergo maranatha ſit, qui autoritati diuinæ in hoc ſacramento contradicere præſumpſerit, & corpus Chriſti, panē verum qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo, vere vt eſſe non crediderit, quē Ambroſius & Auguſtinus epioyſion, id eſt, ſuperſubſtantialem appellāt, quia caro Chriſti omnibus creatis ſubſtantijs præcellit.

Quod corpus Chriſti, cum ſit locale in cœlo & in terra. Caput. XIIII.

QVia igitur ſpirituale corpus Chriſti & ſanguinem in Sacramento panis & vini vere & ſubſtantialiter eſſe, ipſius Chriſti, & tot ſanctorum teſtimonijs euidenter aſtructum eſt, quod de veritate conſtat, & de eius etiam poteſtate videamus. Quamuis enim omne corpus, omniſq; creatura localis ſit, de hoc tamen ſuperſubſtātiali corpore credendum eſt, quod eodem tempore & vere eſt in Sacramēto ſuo in terris, quia vere in cœlo ſedet ad dexteram patris. Fruſtra enim immolationis ſuæ tēpore diceremus: Qui ſedet ad dexteram patris miſerere nobis, ſi quem adoramus in Sacramento, mentiremur eſſe in cœlo. Quia ergo aſtructum eſt de Sacramento vbi minus eſſe videbatur, aſtruamus & de cœlo, vbi aſcendens corpus ſuū coram teſtibus ſuis Apoſtolis leuauit, & ſymbolo etiā fidei noſtræ atteſtātæ,

ibi sedet ad dexteram dei patris, inde venturus iudica re viuos & mortuos. Cum igitur vsq; ad diem iudicij ibi sedere credatur, quin ibi sit etiam hora immolationis suæ nihil dubitationis relinquitur. Vnde, vt dictum est, Augustinus in libro secundo contra Maximum: adhuc in forma humana est filius quam leuauit in cœlum, & sempiterna erit in regno, hęc eadem forma immortalis. Et post pauca. Christus accepit visibilem hominis formam non solum natus in ea, sed ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris in ea. Item idem in Psalmo. 75. Si patrem & filium secundũ diuinitatem cogitas, vbiq; præsens est. Si autem filiũ sic intelligis, quomodo visus est in carne inter homines, & crucifixus, resurrexit, ascendit in cœlum, & in circuitu eius fuit angeli. Idem idem in Psalmo. 54. Donec seculum finiatur, sursum est dominus. sed tamen hic etiam nobiscum, veritas dominus. Corpus eñ in quo surrexit, vno loco esse oportet, veritas autem eius vbiq; diffusa est. Item idem in Sermone. 27. super Iohannem: Christus secundum vnitatem personę in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cœlo, quomodo filius dei in terra. Filius dei in terra in suscepta carne, filius hominis in cœlo in vnitate personæ. In quo notandum est, q̃a forma humana, in qua Christus cœnans cum discipulis, tradidit illis seipsum in Sacramento quasi album, & tamen eundem, vno loco est in cœlis a d dexteram patris integra, sicut integra fuit in cœna, quando in Sacramento comedebatur à discipulis, & tamen & in humana, & in sacramentali forma, idem verus vtro-

biq;

biq; Christus, & in cœlo & in terris. Vnde Leo papa Leo Papa.
in epistola Anatholio episcopo missa: Qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamē carne quā sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur. Item Basilius in dialogo suo: Qui sursum sedet ad patris dexteram, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur. Vnde etiam sacerdos vitæ Christi corpus dominicum in terreno altari conficiens, nec tantum quid suis meritis, sed totum diuinæ potentiæ & gratiæ attribuens, orat in canone deum patrem dicens: Iube hæc oblata tibi per manus & virtutem filij tui, angeli tui, qui est angelus magni consilij, non in hoc humile & visibile altare, vbi modo est, sed in sublime altare tuum, id est, filium tuum, quem vsque ad dexteram tuam in conspectu maiestatis tuæ sublimasti, deferri, vt fiat nobis corpus & sanguis dilecti filij tui: ostendens ipsum filium, iussione patris in cœlis esse offerentem, & hostiam, & id super quod offertur, quia omnino fidei & gratiæ eius innititur, quod terrena corpora nostra in CHRISTVM conuerti, ipsumq; in cœlestibus ad dexteram patris sedentem, pro nobis interpellare, & in Sacramento altaris cōsecrari & esse credimus. Cum ergo dictum sit, quia corpus Christi tale accipimus in sacramēto, quale post resurrectionem est in seipso, cuius gloriæ & virtutis corpora nostra post resurrectionem futura sint videamus, vt visis membris, facilius prærogatiuā tantæ dignitatis in capite cognoscamus. Ait Augustinus in libro Enchiridion. Resurgent sanctorū corpora sine vllo vicio, sine vlla corruptione sine one-

Basilius.

ris difficultate, in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit, propter quod spiritualia dicta sunt, cum procul dubio sint futura corpora, non spiritus. Item Augustinus in libro .22. de Ciuitate dei: Surget corpꝰ spirituale, quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facultate subdetur, usq; ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam uoluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate, omni tarditate detracta. Et post pauca: Corpora carnis sunt habitura substantiam, sed nullam tarditatem corruptionemq; carnalem spiritu uiuificante passura. Quod si tãtæ felicitatis futura sunt corpora sanctorum, vt ad implendam voluntatem spiritus nulla sua tarditate impediantur, quid de corpore Christi capitis nostri credendum, cui non modo facilitas qua non tardetur ad faciẽdum quæ voluerit, sed etiam vt ipse ait, om̃is potestas data est in cœlo & in terra, vt cum deo in vnitate personæ omnia possit? Si corpora nostra spiritualia futura sunt, quia spiritui corporaliter iuncta, quid corpus dei nisi diuinum, quia deo vnitum? Carnem igitur diuinam substantialiter quidem eandem cum deo non dicimus, sed perfecto cũ Apostolis dicat, quia omnia subiecta sunt ei, præter eum qui sibi subiecit omnia, & ipse filius dei testetur, quia omnis potestas ei data est, sic in vnitate personæ, deo coniunctam credimus, vt quod habet deus per naturam, hoc ipsa per gratiam. Cum ergo nos habituri simus, & angeli modo habeant, vt quãtacunq; interualla locorum, nullo ferè temporis interuallo, nimia sua celeritate pertranseant, non tamen hoc habent, vt

vnde

vsī recedūt, ibi remaneāt, q̄ priuilegio sola caro Chrī, q̄ sup omnē creaturā exaltata est, sup omnē & pręter omnē creaturā à deo insignita ē, vt p omnipotētiam, quæ ei data ē in cœlo & in terra, vbicūq; quocūq; sibi placuerit, nō de loco ad locū transeūdo, sed ibi, vbi est, remanendo, & alibi vbicunq; voluerit existendo, tota & integra & substantialiť sit & in cœlo & in terra. Quam enim omnipotentiā ab eo, q totus vbiq; est reciperet, si ipsa vbicūq; vellet substantialiter tota eē nō posset? Vel in quo differret ab angelis, quibus est supexaltata, si nō aliť nisi de loco ad locum recedēdo, posset esse in terra & in cœlo. Artificio humano molentis mola circuitus sui nimiam celeritatem, stabitatē esse mentit: Natura hūana in ictu oculi tot terrarū, maris, & aeris spacia ab occidēte ad orientē in videndo solē transuolans atomū momenti æquare videtur, & cū celeritas angelorū sit velocior, in quo his creaturis caro Christi superexaltabiť, si quod ē in cœlo & in terra, non potestati, sed celeritati ascribitur?

Quod corpus Christi diuisum & à fidelibus sumptū pmanet incorruptū & integrū. Cap. XIIII.

Vt ergo & in cœlo & in terra omnipotētiam se habere ostenderet Christus, deificum corpus suum cœlo illaturus & mundo daturus, quod quantum ad humanam formam nobis abstulit, non minus tamen substantialiter & vere in Sacramento corporis & sanguinis sui nobis obtulit, vt hic & ibi præsens etiam corporaliter, vt po te qui vnius persong cum illo est qui nusquam deest,

&ibi

& ibi reconciliationem cum patre, & hic in altari redemptionem, remissionemq; peccatorũ operetur sicut semel fecit in cruce, dum ipsum corpus suum in ora fidelium datum, & singulis diuiditur, & vnum totum vniuersis indiuiduum & integrum habetur, sumptum non consumptum, vt sicut indiuiduum cum diuiditur, sic incorruptum cum sumptum fuerit, credatur. Quomodo enim incorruptionem largiretur, si in seipso corruptionem resurgens pateretur? Aut quomodo Sacramento suo nos sibi incorporans, vt corpus capiti, vel nos nobis, vt membra membris vnum faceret, si in seipso non vnus sed diuisus & comminutus dentibus sumentium esset? Quomodo tamen corpus Christi & cœlo & mundo præsens, & diuidatur indiuisum, & sumatur inconsumptum, ratio stupet, fides ipsa miratur, si adiunctæ diuinitatis potentia, q̃ vbiq; tota præsens est in corpore suo spirituali, imo per omnipotentiam sibi collatam, diuino iam facto id fieri posse, non diffidens veneratur. *Si enim vel facta, vel miracula, vel dicta, quibus filius dei maiestatem suam mundo aperuit, perfecte rimari velimus, inueniemus hominem, quem sibi vniuit, in vna persona, in nulla disiunctum gratia, vt etiã pro parte carnis omnia (vt dictum est) sint ei subiecta, præter eum qui subiecit omnia. Sed huic miranti & mirãdę fidei,*
Augus. vtrum sancti cõsentiant videamus. Augustinus in Sermone de verbis domini: Inuitat dominus seruos, & præparauit cibum seipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait. Qui manducat me, viuet propter me. Dum enim Christus manducatur,

vita manducatur: nec occiditur, vt manducetur, sed mortuos viuificat, quoniam manducatur, quia surrexit occisus: nec quoniam manducatur, partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento sic fit. Norunt fideles quoniam manducent carnem Christi. Vnusquisque partem suam accipit, per partes manducatur & integer manet, totus in cœlo, tot⁹ in corde tuo. Item Eusebius Emisenus: De hoc pane vetus narrat historia: nec qui plus acceperat habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, eo quod eucharistiæ sacra perceptio non in quantitate, sed in virtute consistat, quod corpus sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto, quod Ecclesia cum sicut sumit plenum in vniuersis, ita integrum probatur in singulis. De hoc pane cum assumitur, nihil minus habent singuli quàm vniuersi. Totum vn⁹, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt, quia benedictio huius Sacramēti, scit distribui, nescit distributione consumi. Item Augustinus in Sermone de verbis domini: Putatis, quia de hoc corpore quod videtis, partes facturus sim, & membra in ea concisurus, & vobis daturus? Quid ergo, si videritis filium hominis ascendērem vbi erat prius? Certe qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo de corpore & sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem, & tam magnā breuiter soluit de integritate sua quæstionem. Manducent ergo & bibant, vitam manducent & vitam bibant. Illud manducare, est refici. Sed sic reficeris, vt nō deficiat vnde reficeris. Manduca vitam, bibe vitam, & integra est vita. Item Ambro-

Eusebius.

August.

Ambros. Ambrosius de Sacramentis: Considera nunc vtrum prǽstantior sit panis angelorum, an caro CHRISTI, quæ vtique est corpus vitæ. Manna illud de cœlo, hoc supra cœlum: illud cœli, hoc domini cœlorum: illud corruptioni obnoxium, istud omnimode corruptionis ignarum. Quod quicunque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Item Ambrosius dominica quinta post Epiphaniam: Singuli accipiunt CHRISTVM Dominum, & in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Sed quomodo impossibile videatur, vt caro verbi dei, quæ multo spiritualior & potentior est verbo nostro, sit tota integra in ore omnium sumentium, cum verbum nostrum vnum idemq́, totum & integrum sit in auribus omnium audientium? Quod euidentius Christus in seipso manifestans, in cœna corpus & sanguinem suum discipulis suis distribuit, & cum ipse à singulis sumptus comederetur & biberetur in Sacramento, ipse tamen
3.Reg. 17. viuus & integer mansit in seipso. Sed quid mirum si Christus comeditur & integer manet, cum Sarepte na vidua non minus oleum comederit, quia testante sacra historia, lechytus olei non est imminutus, cum eadem scriptura dicat, abijt & fecit iuxta verbum He
Ambros. liæ, & comedit ipsa & domus eius? Vnde Ambrosius in Epistola ad Hebræos: In CHRISTO semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Offerimus, sed non reconciliationem mortis eius, & vna est hostia, non multæ. Quomodo vna, non

non multæ? Quia semel oblatus est CHRISTVS. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, idipsum, semper idipsum. Proinde hoc est Sacrificium. Alioquin quoniam multis in locis offertur, multi sunt Christi? Nequaquam, Sed vnus vbique est CHRISTVS, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut enim quod vbique offertur vnum corpus est, & non multa corpora, ita & vnum sacrificium. Pontifex autem ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem. Ipsam offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata consumi non potest. Quod nos facimus in commemoratione fit eius, quod factum est. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Quod igitur vt sancti testantur, diuersis locis, diuersisque temporibus sacrificatur, non multa tamen corpora, sed vbique vnum CHRISTI corpus est, quod diuersis sumitur, & vnum idemq́ corpus integrum est, omnipotentiæ, quæ Christo etiam pro carnis parte collata ē, attribuendum est, quia vt supra dictum est, & in cœlo & in terra præsens etiam corporaliter potest esse, vbicunque, quomodocunque sibi placuerit, vt ideo vbicunq; voluerit sit caro Chrī, contra naturā carnis, integra & præsens, qa facta in cœlo & in terra oipotēs. Quod August. aūt ait: Et quidem in Sacramento sic fit, vnusq́sq; accipit partē suā, & p partes manducatur, ne hoc quidē impedit eius integritatē aliquaten⁹. Fieri em̄ hoc dicit in Sacramento, quod videtur, non re Sacramenti, quæ non videtur, opere scilicet Christi quod inuisibile est. Cum enim, vt idem Augustinus ait, corporalia Sacramenta sint quasi quædam

verba

verba, quia signa rerū sunt hæc vt illa, sicut varijs nominibus appellatus, Cephas, Symō, Petrus, idem est Petrus, Sic Christus non est alius, quamuis varijs Sacramentis repræsentatus, quia cū species panis & vini duo sint Sacramenta, non tamen in eis duo diuersi Christi, sed in vtroq; vnus est Christus, qui nec distributione ipsius Sacramenti in seipso diuiditur, nec pro quantitate portionis magis vel minus accipitur, quia in spirituali sua virtute semper totus esse creditur, ita vt nec qui plus sacramenti acceperit, abundet, nec qui minus, deficiat. Quia semper idem est totus, in magno totus, in paruo totus, in integro totus, in fracto totus, quomodocunq; varientur signa, semper idē est in seipso. Vnde merito Eusebius ait. Vere vnica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori effectu. Vnica enim est, quia non varietate locorum vel temporum sunt multæ, sed vna semper hostia perfecta, quia nec augeri potest nec minui. Et quia species elementorū, panis scilicet & vini, figura est non veritas, ideo non æstimanda specie, vel exteriori censenda visu, sed interiori fidei affectu, quia etsi videtur sacramentalis species elementorū variari in signo, corpus tamen Christi immutabile creditur in seipso. Sicut ergo manna specietenus erat vnimodum, sed ita intrinsecus varijs saporibus condiebatur, pro voluntate vel voluptate vtētium, vt multorum corporum sapor in vna esset specie, sic ecōtrario omimoda est corporis Christi veritas interius in varia Sacramentorum quantitate, sicut legitur de manna, nec qui plus collegerat habuit

Eusebius.

buit ampli⁹, nec qui minus parauerat, reperit minus. Ita in Sacramēto corporis Christi, nec in minori defectus, nec in maiori fit abundantia, quia non in specie vel quantitate Sacramenti, sed in virtute Christi est gratia.

Quod immolatio Christi in altari, non dicitur quod iterum occidatur, sed quod vera eius immolatio repræsentata, idem in altari nunc quod tunc in cruce operetur. Caput. XVI.

Videndum autem est, cum Ambrosius pauloante dixerit, quia in Christo semel oblata est hostia ad salutē sempiternam potens, cur quasi semel oblatam veram, non esset vera, post illam potentem & sufficientem ad salutem esset superflua quæsierit. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Sed sciendum, quia si nostra quotidiana oblatio alia eēt quàm illa in Christo semel oblata, non vere esset vera, sed superflua. Cum enim oblatio illa in Christo semel oblata, & vere esset vera, quia vere vita æterna & sufficiens, vt eam nobis conferat, ipsa sola nostra oblatio, quam aliam vitam possit promittere, vel conferre si esset alia? Aliam enim oblationem, aliam oporteret cōferre salutem, vel ad eandem ad quam conferēdam sola Christi sufficit oblatio, esset superflua & vana. Quia ergo impossibile est aliam conferri salutem, oportet eandem esse illam semel oblatam, & nostram quotidianam oblationē, vt eadem sibi ipsi non sit superflua, sed eadem semper sufficiens, & semper necessaria. Primum itaque vtrum

F eadem

eadem nostra illa sit videamus, deinde si semper eadem, semper idem salutis sequatur effectus. Sed Ambrosius quasi respondens suæ quæstiōi ait: Offerim', sed ad recordationem mortis eius, & vna est hostia non multæ, quia semel oblatus est. Hoc autem sacrificium exemplum est illius idipsum, semper idipsum. Notandum ergo quia quotidianum nostrum sacrificium idem ipsum dicit cū eo, quo Christus semel oblatus est in cruce, quantum ad eandem veram hic & ibi corporis Christi substātiam, quod vero nostrum quotidianum illius semel oblati dicit eē exemplum, id est, figuram vel formam, non dicit vt hic vel ibi alium Christum constituat, sed vt eundem in cruce semel, in altari quotidie immolari alio modo, & offerri ostendat, ibi in veritate passionis qua pro nobis occisus ē, hic in figura & in imitatiōe passiōis ipsius, qa Christus non iterum verè patitur, sed ipsius vere memoria passionis quotidie iteratur. Quod & ipse Ambrosius notās subiecit: Quod nos facimus in commemorationem fit eius quod factum est. Hoc enim facite inquit, in meam commemorationem. Non aliud sacrificium, sed ipsum semper offerimus, magis autem sacrificij recordationem operamur. Non ergo est in ipsius Christi veritate diuersitas, sed ipsius immolationis actione, quæ dum veram Christi passionē quadam sua similitudine figurando repræsentat, nos ad imitationem ipsius passionis inuitet & accendat, contra hostem nos roboret & muniat, & à vicijs purgās & virtutibus condecorans, vitæ æternæ nos idoneos & dignos exhibeat. Licet enim oblatio in cruce se

semel suffecerit ad omnium salutem & redemptionem, tamen quotidie est etiam necessaria ad muniendam & mundandam humanam fragilitatem, quæ quotidie labitur & tentatur, vel criminibus, vel saltem venialibus peccatis, sine quibus hæc vita duci nõ potest. Non enim hac singulari victima tantummodo peccatorum absolutionem à deo consequimur, sed & cõtra tentationes munimur, quia cum perceptione tanti mysterij viderit aduersarius hospitium nostrũ occupatum cœlestis fulgore præsentiæ, intelligens locũ testamentis suis intercludi per Christum, fugiet ac recedet. Sciendum igitur, quia licet oblatio Christi semel in cruce sit vera, quotidiana autem in altari sit figurata, prorsus tamen eadem hic & ibi nostræ salutis est gratia, hic & ibi vera, sufficiens, & semper necessaria, quia hic & ibi idem Christus potẽs est ad omnia. Quod quam euidenter sancti attestentur, subiectis eorum autoritatibus videamus, tam de Christi hic & ibi essentiali veritate, quã de nostræ salutis hic & ibi vera & æqua vtilitate. Augustinus in libro Sententiarum Prosperi: Semel oblatus est Christus in seipso, & tamen quotidie immolatur in Sacramento. Quod ita intelligendum est, quia in manifestatione sui corporis, in distinctiõe suorum membrorum omnium, verus deus & verus homo semel tantum in cruce pependit, offerens patri seipsum, hostiam viuã, passibilem, mortalem, viuorum atq; mortuorum redemptionis efficacem, eorum videlicet, quos altitudo diuini consilij redimẽdos iudicauit, præsciuit, prędestinauit, modis atq; tẽporibus quibus id fieri cõgrue

F ij bat.

bat. Dic ergo Christum in manifesto corpore suo, & in distinctis membris humanitatis suę, semel passum in cruce, qui non manifeste, sed inuisibiliter est in Sacramento quotidie, non passus, sed quasi pati repraesentatus. Vera enim passione Christum iterum immolari non congruebat, tũ quia impossibile erat immortalem occidi, tum quia crudele erat in sacrificio ecclesiae more bestiarum hominem sacrificando laniari, dentibusq́ vorari. Quia itaq; in deum simul esse non poteramus crudeles & deuoti, incruentum esse congruebat, quod pium erat fidelibus Christi, vt non vera Christi passiõe & morte ab eis immolatio compleretur, in qua Christus propitiationem suam exeq omnibus dignaretur. In quo enim meliores essemus his qui eum crucifixerunt, nisi pietate & deuotiõe differremus ab eis, qui eum perdere praesumpserunt? Vnde Ambrosius in epistola ad Hebraeos: Sed in ista carne & sanguine nil cruentum, nil corruptibile mẽs humana concipiat, sed viuificatricem substantiam in pane & vino credat, per quae, si digne sumantur, nobis est peccatorum remissio collata. Vnde Augustin⁹ in libro de Sacramẽtis altaris: Veritas ait, Caro mea
Ioan. 6. vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Alioqn quomodo v erum erit, panis quẽ ego dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro? Sed quoniã Christum vorari dentibus fas non est, voluit hunc panem & vinum in mysterio vere carnem suam & sanguinẽ consecratione spiritussancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mystice immolari, vt sicut de virgine per spiritum vera caro sine coitu creatur,
ita

ita per eundem ex subſtãtia panis & vini, myſtice idẽ corpus Chriſti conſecretur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie peccamus, peccatis, quibus mortalis infirmitas carere non poteſt. Et ideo qa quotidie labimur, quotidie Chriſtus immolatur pro nobis. Hanc autem immolationem non vero, ſed imaginario actu paſſionis & mortis fieri, & tamen veram ſalutem operari, teſtatur Gregorius in quarto libro dialogorum: Hæc ſingulariter victima ab æterno interitu animã ſaluat, quæ nobis mortem vnigeniti per myſterium repræſentat. Qui licet ſurgens à mortuis, iam nõ moritur, tamen in ſeipſo immortaliter atq; incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ immolationis immolatur. Eius quippe ibi corpꝰ ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pẽſemus quale ſit pro nobis ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti filij imitatur. Quamuis ergo non dixerit, paſſionem vnigeniti operatur vere, ſed imitatur imaginarie, tamen teſtatur illam victimam, nos vere ab æterno interitu ſaluare. Vnde venerabilis Beda in homilijs ſuis. Non ſolum lauit nos à peccatis in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum fudit in cruce, verum etiam quotidie lauat nos in ſanguine ſuo à peccatis, cum eiuſdem beatæ paſſionis memoria ad altare replicatur, cum panis & vini creatura in ſacramentum carnis & ſanguinis eius ineffabili ſpiritus transfertur ſanctificatione, ſicq; corpus & ſanguis il- Beda.

lius non infidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur & occiditur, sed fidelium ore sumitur in sa-
Eusebius. lutem. Item Eusebius Emisenus: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die Sacramentum corporis & sanguinis consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebat in precium, vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Item Augustinus in sermone de 4. feria: Si sanguinē Chri-
August. sti tota cum reuerentia percipis, cognosces per illum tua tibi dimitti peccata. Itē in eodem. Tu anima Christiana, vide ne deseras mensam sponsi tui, vt pulchra permaneas. Carnes eius quotidie manducabis, vt vitam æternam habeas, & sanguinē eius potabis. Quotidianam igitur immolationem peccatorum remissione, vitæ æternæ adeptione necessariam, & sufficientem nobis astruximus. Ipsi autem Christo non supplicio passionis vel occisionis esse molestam, sed quadam ipsius passionis imaginatione nobis vtilem ad memoriam concitandam, & deuotionem augēdam, & imitationem prouocandam ostendimus. Cur enim beatus Ambrosius ad recordatiōem mortis eius, hostiam Christi quotidie offerri diceret, & nostrum sacrificium, exemplum illius sacrificij, si tātis beneficijs nos vellet esse ingratos, & non magis deuotione & imitatione nostra, tantæ gratiæ esse obnoxios? Sed tamen quia consacramentales & concorporales sum-

Christo

Christo, licet non vera, sed imaginaria passione in seipso immoletur, vera tamẽ & non imaginaria passione in membris suis immolatur, quandonos, qui in memoriam passionis suæ Sacramentum tantæ suæ pietatis agimus, & sacrificando ipsum fiendo, & cor nostrum vera compunctione atterẽdo, mortem tam pij dilecti domini & patris annunciamus. Sicut enim cum Petrus diceret: domine, quo vadis? Christus respondit, venio Romam iterum crucifigi: ita & omnibus membris suis compatitur, vt & sibi compatienti bus conregnare facilius credatur, quia reuera dignabitur eos esse participes suæ gloriæ, quorum non dedignatur esse particeps ærumnæ. Cum enim vinum pro Christo, aqua sacrificetur pro populo, & vtrunque vnus sanguis fiat, quid nisi capitis & membrorũ inde compassiõe & morte vnitatem significatur? Vnde Augustinus in libro decimo de Ciuitate dei: Hui9 rei Sacramentum, quotidianum voluit ecclesiæ esse sacrificium, quæ cum capitis ipsius corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre. Non enim potest corpus crucifixi esse qui crucifixus non est. Vnde Apostolus: Per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Vnde Gregorius in dialogorum libro. 4. Qui passionis dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod colimus. Tũc ergo pro nobis vera deo hostia erit, cũ nosipsos hostiam fecerit. Item Ambrosius in libro de Sacramentis: Quia crucis ipsius signatus es forma, ab ipsius passione accepisti signaculum atque similitudinem, vt ad ipsius formam resurgis, ipsius viuas Gregorius

figura, qui peccato crucifixus est, & deo viuit. Quia igitur beneficijs & exemplis tam eximium, tamq; vtile nobis est corporis Christi Sacramentum, videamus ne nobis tantam gratiam aliquis error subplantet. Sed potius ipsa fidei veritas, sicut certos ad ea quæ exhibet, sic fortes constituat ad ea quæ monet. Infirmi enim, qui circunferuntur omni vento doctrinæ, statim vt audiunt quæ ignorant, de fidei veritate dubitant. Quod quantum possumus, deo annuente, sanare studeamus. Quia enim Sacramentum est figura, veritas Christi, & in figura Sacramenti fit figura imaginariæ actionis sacrificij, in tot figuris veritatem latere titubant, maxime cum dicatur Christus immolari in seipso, & quotidie in Sacramēto, quasi verus intelligi debeat, cum dicitur in seipso, & non verus, sed imaginarius in Sacramento. Sed sciendum quia Christus immolari dicitur in seipso, id est, in humana forma, & in Sacramento, id est, panis & vini forma, non quin tam vere hic immoletur in seipso quātū ad substantiam, sicut ibi, sed vt notet hic & ibi diuersam eiusdem substantiæ formam.

Quod dupliciter vel tripliciter dicitur corpus Christi. Caput. XVII.

HAc de causa etiam sancti de corpore & sanguine domini varie loquūtur, sed non contrarie, adeo, vt beatus Hieronymus illud dupliciter, Augustinus autem tripliciter astruat accipi debere. In quo ne sibi vel alijs sanctis dissentire videantur

Hierony. August.

quomo-

quomodo corpus Christi sit duplex credendum videamus. Ait Hieronymus in epistola ad Ephesios: Dupliciter sanguis Christi & caro intelligitur, vel spiritualis illa atq; diuina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: vel caro illa quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea. Quod non dixisse quantum ad duplicem substantiam credendus est, sed quantū ad duplicem eius substantiæ formam, qua nunc in humana, nunc panis & vini intelligit forma. Quod Augustin⁹ apertius ostēdit, qui cum tertium modum corporis Christi dixisset ecclesiam, de eodem duplici corpore, vnde Hieronymus, ita disseruit: Corpus Christi est & illud mysticum, quod ex substantia panis & vini per spiritū sanctum consecratur. Et addidit: Cæterum illud corpus, quod natū est ex Maria virgine, in quod istud transfertur &c. Quod istud per consecrationem altaris in illud trāsferri & conuerti dicit, nota eandē substantiam. Quod autem discernit dicens, hoc vel illud, facit, vt dictum est, secundum diuersam formam. Quā substantię identitatem perfecte subinnuens, ait de tertio corpore Christi, quod est ecclesia. Ad quem si recte cōmunicamus, mentem dirigimus, vt nos corpus eius ex ipso ab ipso carnem ipsius illo manente integro sumamus. Cum enim carnem ipsius ex ipso nos monet ab ipso sumere, quid nisi dans & donum idem significat esse? Et addidit: Quę nimirum caro ipsa est, & fructus ipsius carnis, vt idē semper maneat, & in vniuerso qui sunt in corpore pascat. Hoc corpus dicit Eusebius, syderibus illatū, coli iugiter à nobis per mysteri

 um. De

um. De hoc sacerdos in fine cuiusdam missæ orat, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus, idem notantes in substantia, diuersum in forma, quã suam duplicitatem in cœna ipse Christus ostendit, cũ ipse in humana forma præsens seipsum in Sacramento discipulis exhibuit. Hanc duplicitatem non substãtiæ, sed formæ, sancti notauerunt, quoties de corpore Christi ipsum non ipsum dixerunt, vt ipsum secũdum substantiam, non ipsum sit secundum formam. Cum igitur corpus Christi in humana forma, corp Christi ecclesia tripliciter dicatur, his qui in sacris scripturis hoc discernere nequeunt, magna confusio nascitur, vt quod de vno corpore Christi dicitur, de alio dictum esse credatur. Et alia item cõfusio est, quia cum corpus Christi tripliciter dicatur, corpori Christi in altari panis & vini attribuunt Sacramentum, ipsumq; corpus Christi in altari, sacramentum faciũt corpori Christi in humana forma. Dum ergo forma panis & vini, sacramentum corporis Christi in altari & ipsum corpus Christi, sacramentum dicitur humani corporis Christi, quod ipsum est, nõ idẽ ipsum esse attendunt, sed hoc quasi diuersum ab illo constituunt. Dicit enim aliquis: Illud in altari, quod tu asseris esse verum corpus Christi, in sacris literis appellatur species, similitudo, figura, signum, mysterium, Sacramentũ. Hæc autem vocabula ad aliquid sunt. Nulla vero quæ ad aliquid sunt, possunt esse id, quod sunt ea ad quæ referuntur. Non est igitur Sacramentum corpus Christi. Et sic de cæteris vocabulis. Verum his vocabulis in nullo præiudicatur fidei qua credimus,

&vt

& veritati quã tenemus. Vt enim superius dictum est, quantum ad visibile Sacramentum, species & similitudo illarum rerum sunt nomina quę ante fuerunt, panis scilicet & vini, non corporis Christi. Corpus vero & sanguis CHRISTI vocãtur nuncupatiue, eo locutionis modo, quo res significans, solet rei significatæ vocabulo nuncupari. Vnde Augustinus in libro locutionum Genesis ca. 18. Locutio notanda est, vbi aliqua significantia rerum quas significant nomine appellantur. Vnde est quod ait Apostolus: petra autem erat Christus, nõ ait: petra significabat Christum. Et hoc quidem Sacramentum vel figura, diuersa est à re sua, vt res visibilis ab inuisibili, vt supra dictum est.

Quod inuisibile corpus Christi in Sacramento, Sacramentũ sit visibilis corporis Christi in hũana forma, verum veri, idem eiusdem. Ca. XVIII.

Sed tamen non iuste quisquam mouebitur, si etiã eadẽ vera caro, idẽq; sanguis Christi sui ipsorum sacramenta existant, secundum aliud atque aliud accepta, imaginaria panis fractione, & sanguinis de calice effusione, ita repręsentãdo verã fractionem corporis sui, & effusionem sanguinis sui in passione, verbi gratia, sicut ego senex balbutiendo & reptando, & alia puerilia mea imaginando repræsentarẽ me puerũ, non aliud tamen, sed meipsum, essemq; ego figura & figuratus, actio tñ qua meipsum repręsentarẽ in me sene, esset imaginaria illius, q̃ in me

puero

puero esset vera. Sed & Christus post resurrectionem suam diuersa actione diuersaq; temporũ ratione sui ipsius typum gessit & figuram. Vt enim ait Augustinus, apparens duobus discipulis, dum finxit se longius ire, significauit se post paucos dies ascensurum in cœlum, quod iter longius est remotum à communi hominum vita. Christus itaq; longius sese ire fingens, sacramentum est Christi ascendentis in cœlum idem eiusdem, nec tamen vsquequaq; eiusdẽ. Idem nanq; verus Christus & fingens & ascendens, verumtamen aliud est figmentum terreni itineris, aliud est veritas in cœlum ascendentis Nec aliquis ita decipit, vt propterea neget fingentem se longius ire, esse verũ Christum, quia figmento longioris itineris significat se verum Christum in cœlum ascensurum. Ne ergo in re tanta, fide rudes titubent, diuina gratia aspirãte, quid de hac re sentiendum sit, sanctorũ autoritates ostendent, vt corporis Christi in Sacramento Sacramentũ, significans & significatũ, in panis & vini forma, itẽq; in hominis forma substantialiter & vere, vnum eundemq; Christum credant esse. Et de Sacramento quidẽ panis & vini quod significet & sit nuncupatiue corpus Christi, superius dictũ est. Quod vero verũ corpus Christi inuisibile post resurrectionem sit Sacramentum visibilis corporis Christi, in passione scilicet suipsius, testat Augustinus in libro sententiarũ Prosperi: Caro eius est, quam forma panis opertam in Sacramento accipimus, & sanguis eius quẽ sub vini specie & sapore potam', caro videlicet carnis, & sanguis Sacramentum sanguinis. Carne & sanguine vtroq;

August.

inuisi

inuisibili,intelligibili, spirituali, significatur corpus visibile domini nostri Iesu Christi, & palpabile, plenum gratia,omnium virtutum,& diuina maiestate. Item in eodẽ. Sicut ergo cœlestis panis,qui vere Christi caro est,suo modo vocatur corpus Christi,cum re uera sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet,quod visibile, palpabile, mortale, in cruce positũ est,vocaturq; ipsa carnis immolatio, quæ sacerdotis manibus fit Christi passio,mors,crucifixio, nõ in rei veritate, sed significante mysterio, sic Sacramentum fidei,quod baptisma intelligitur,fides est. Vnde item beatus Augustinus ad Bonifacium: Nonne semel immolatus est Christus in seipso? Et tamen in Sacramẽto non solum per omnes paschæ solennitates,sed omni etiam die pro populo immolatur,nec vtiq; mentitur qui interrogatus,eum responderit immolari. Si enim Sacramenta quandam similitudinem earum rerum,quarum sacramenta sunt,non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine, plærunq; etiam ipsarum rerum nomina accipiũt. Sicut enim secundum quendam modum Sacramentum corporis Christi,corpus Christi est,sacramẽtum sanguinis Christi,sanguis Christi est:ita sacramẽtum fidei,fides est. In quo notandum est, immolationem quam non rei veritate dixit fieri, sola similitudine Sacramenti veram immolationem CHRISTI repręsentantis,mortem,passionẽ,crucifixionem,ipso mysterio significante debere intelligi,sicq; baptisma, q̃d est sacramentum fidei, non in rei veritate,sed sola similitudine fidem dici. Quod verò veram carnem

Christi

Christi suo modo corpus Christi dixit vocari, cũ reuera ſuijpſius ſacramentum ſit, non ita intelligendũ quaſi non vere dicatur corpus Christi, ſed ſuo modo, id eſt, ſibi ſingulariter proprio, quia cum omne corpus ſit viſibile atq; palpabile, ſolũ corpus Christi poſt reſurrectionem mutata natura non ſubſtantia, non ẽ corporale, ſed ſpirituale inuiſibile, vt dictum eſt ſuperius. Quod vero dixit ad Bonifacium: Sicut ſacramentum corporis Christi ſecundum quendam modum corpus Christi eſt, ita Sacramentum fidei fides eſt: intelligendum eſt de forma panis & vini, quæ non vere, ſed figurate & nuncupatiue dicitur corpus Christi. Quia igitur Auguſtinus ad comprobãdum, quod Sacramentũ fidei fides diceretur, duas ſimilitudines dedit. Vnam actualis Sacramenti, immolationis ſcilicet imaginariæ, alteram vero realis, formæ ſcilicet panis & vini. vt ſicut immolatio imaginaria figurate vocatur mors, crucifixio Christi, & ſicut forma panis & vini figurate vocatur corpus Christi, ſic ſacramẽtum fidei, ſcilicet baptiſma, figurate vocatur fides, notandum, quod in altera harũ ſimilitudinum cœleſtem panem, qui vere Christi caro eſt, nõ communi, ſed ſuo, & quaſi proprio modo corpus Christi vocari dixit, quia ſcilicet corpus illud non corporale, ſed ſpirituale & diuinum præ omnibus corporibus ſingulariter vidit. In altera autem ſacramentum corporis Christi, id eſt, formam, panis abſolute ſecundum quendã modum corpus Christi dixit, quia communi figura non exiſtentium quod dicuntur illud dici corpus Christi notauit. Quod autem inuiſibile corpus Christi Sacra

men-

mentum visibilis corporis Christi dixit, intelligibiliter tantum per exteriorem aliquam actionem, & nõ sensualiter accipiendum est. Quomodo enim more cæterorum sacramentorum visibilium, id quod videri nõ potest, rei visibilis esse poterit signum, nisi exterioris alicuius actionis circa se imaginem.

Quod Sacramentum duobus modis significat, vel sua ex se similitudine, vel alicuius actiõis erga se. Caput. XVIIII.

QVia itaque de tertio corpore Christi, quod est ecclesia, superi⁹ satis dictum est, quia scilicet consacramentalis est capiti suo Christo, & vt caput & membra vnũ corpus cum ipso est per gratiam, aliud tamen per substantiam, quot modis sacramenta suis rebus similentur, & eas significent in triplici corpore Christi videamus. Duobus enim modis id facere vident̃, scilicet, vel sua ex se similitudine, vel alicui⁹ exterioris actionis circa se. Sua ex se similitudine sacramentũ significat, sicut cũ dominus dicit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, & ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, quia sicut cibus & potus tẽporalẽ vitã, sic ipse dat æternã. Vnde ait: Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Iohan. 6.
Et merito. Si enim tanta vis est in cibo qui non viuit, nec manet vt labentẽ vitã huius tẽporis foueat & retineat quam diu deo placuerit, quanto magis Christus cibus viuens, immortaliter vitã æternã conferre credẽd⁹, est, quibus sibi placuerit: Magis enĩ credẽdũ

est

est vitam conferre, qui vitam in se habet, & vita est, quàm qui non habet. Cum enim sit via, veritas & vita, corpus eius nobis viaticum est, ne moriamur & deficiamus in via, sed perducamur ad vitam: Veritas ẽ, ne eius promissionibus fallamur: Vita est, vt ea in p̃uentione feliciter fruamur. In hac ergo mortali vita immortali cibo vitæ nos pascit, ne in æternum moriamur, nec solum sua ex se similitudine cibi & potus nomine & specie significari se voluit vitam æternam, sed etiam ex panis & vini similitudine significari voluit aliud corpus suum, id est ecclesiam. Vnde Augustinus in sermone de sacramentis fidelium feria secunda Paschæ: Quia passus' est, commendauit nobis in isto Sacramẽto corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit nosipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus, & misericordia ipsius quod accipimus ipsi sumus. Et post pauca: Ad aquam venistis, cõspersi estis, panis dominicus facti estis. Quomodo vnum videtis esse quod factum est, sic vnum estote vos, diligendo vos. Item in sermone. 26. super Iohannem: Hunc itaq; cibum & potum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorũ, quod est ecclesia. Et post pauca: Huius rei sacramẽtum, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi, de mensa dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium, res vero ipsa cuius Sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunq; eius particeps fuerit. Cum enim cibo & potu id appetant homines, vt non esuriant neque sitiant, hoc veraciter non prestat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales facit,

facit,id eſt, ipſa ſocietas ſanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippe dominus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Nãq; aliud in vnum ex multis granis conficitur, aliud in vnum ex multis acinis confluit. Eccleſiaſticam ſocietatem, cibum & potum, panem dominicum dixit, tum quia vere ſatiat in æterna beatitudine, tum quia multos in vnum redegit, vera charitate: quã ſocietatẽ qui vere acceperit, nõ poteſt priuari æterna ſalute. Quia ergo Sacramentum corporis Chriſti ipſum Chriſtũ, vel eius eccleſiam ſua ex ſe ſimilitudine ſignat, videamus ſi ſimilitudine alicuius exterioris actionis circa ſe idem faciat. Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi: Dum frãgitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quã dominici corporis in cruce immolatio, eiusque ſanguinis de latere effuſio deſignatur? Ideo etiam ipſe corpus ſuum fregit & tradidit, vt ſignaret, quod ſponte ſua in paſſiõe ſe frangeret & traderet pro nobis, qui ſolus poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, quod etiam in altari vice ſua imitantur ſacerdotes, vt idem repræſentẽt. Item corpus Chriſti ſacramentum Chriſti & eccleſiæ per exteriorem actionem. Ait Sergius Papa: Triforme eſt corpus dñi: Pars oblatæ in calice miſſa, corpus Chriſti quod iam reſurrexit mõſtrat, pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram: pars in altari vſque ad finem miſſæ remanens, corpus iacens in ſepulchro, quia vſque ad finem ſeculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt. Item Iulius papa in decretis epiſcopis

Sergius. Iulius Papa

episcopis per Aegyptum missis: Calix dominicus iuxta canonum præceptum vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, vt mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantummodo offerebat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aquam solam, plebs incipit esse sine Christo. Sciendum tamē, quia licet prius mystice vinū & aqua misceatur, post consecrationem tamen non nisi sanguis bibitur, quia prius per aquam baptismatis renati, postmodum nō solum corporales, sed & consanguinei Christo efficimur spiritualiter. Ad signandum autem Christū, vinum, & ad signandum populum aqua miscetur: quia etsi vinum de aqua, dignius tamen per vitem, & Christus de carnę nostra per Mariam generatur, & potentius ad reficiendum & inebriandum quā m aqua inuenitur, quia calix domini inebrians, quam præclarꝰ est, dum sui amoris feruore mens debriata, omnium terrenorum obliuiscitur. Vnde etiam inusitato & stupendo miraculo postquam spiritum emisit, de latere Christi sanguis & aqua contra naturam manauit, vt regenerationis & redemptionis vnum nostræ salutis opus esse mystice signaret, dum hoc duplici Sacramē to vnum corpus Christi & ecclesiæ per spiritum sanctum conformet. Vnde & tria sunt, quæ Christo testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis, quia

& mirū

& mirum fuit, mortales de cœlo secundum promissionem Christi, spiritum sanctum accipere, & mortuum more viventis non saniem, sed sanguinem, imò supra morem vivorum & mortuorum, cum sanguine aquam de vulnere lateris fundere, quod tamen sicut miraculum, sic constat fuisse & mysterium. Sed qd curram per singula? Quicquid fit in officio missæ, sacramentum est Christi & ecclesiæ. Vnde & Augustinus in libro de Trinitate: Quia morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo & bibendo carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt significamus: Quod enim corpus Christi in Sacramēto manibus fidelium tenetur, frangitur, dentibus atteritur, & ipsis incorporatur, significat eum in passione manibus impiorum tentum, & vsq; ad mortem fractum, & propter nostra scelera attritum. Ecclesiam vero corpus suum scilicet, huius suæ passiōis imitatione sibi incorporatam & conformatam. Quod ipsi Christo iā immortali & incorruptibili facto nullus putet esse indignum, si fidelium deuotio hoc sibi in Sacramento repræsentet, ad dominicæ passionis imitationem, quod ipse dominus passurus fieri præcepit ad suam commemorationem, vt tantæ rei memoria excitata, præsentiæq; diuinæ auxilio & exemplo roborata, velit & possit per ipsius gratiam, quod nullatenus præsumit per suæ fragilitatis naturam. Quod enim in Christo corpore permissum est malis ad damnationem, nec ignominiosum visum est deo pati propter nostram salutem, multo magis ipsi placitum & gloriosum est, vt fidelium suorum mani-

bus deuote in Sacramento frangatur, dentibus atterã tur, sicut ipse præcepit, in suam commemorationem, non in veritate quidem passionis, crucifixionis, mortis, vt supra dictum est, sed significante mysterio, vt ipse quidem fructus & attritus integer permaneat, & redemptionis suæ gratia omnibus diuisa proficiat. Quod vt certius innotescat fidelibus Berengarij Andegauensis hæretici confessio, quam de huius rei catholica fide scripsit, & Romæ præsente Nicolao papa, corã. 113. episcopis iureiurando firmauit, ad medium deferatur.

Ego Berengarius indignus ecclesiæ Andegauensis diaconus, cognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eã, de qua hactenus infamatus sum, quę astruere conatur panem & vinum quę in altari ponuntur, post consecrationem solummodo & non verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, nec posse essentialiter nisi in Sacramẽto solo, manibus sacerdotum tractari vel frangi, vel fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctę Romanæ & apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de Sacramẽtis dominicæ mensæ eandem me fidem tenere, quã dominus & venerabilis papa Nicolaus, & hæc sancta synodus autoritate euangelica & apostolica tenendã tradidit, mihiq; firmauit, scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus, & verum sanguinem domini nostri Iesu Christi esse essentialiter, non solum in sacramento, sed & in veritate manibus

Palinodia Berengarij

ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, iurans per ſanctam & homouſion trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti euangelia.

Quia in ſacrificio eſt ſacramentum temporale, & corpus ſpirituale, duæ ſunt etiam eius comeſtiones, vna corporalis, altera ſpiritualis, & boni quidem duabus comeſtionibus ſumunt corpus Chriſti, mali tantum vna. Caput. XX.



Via igitur aſſertione Berengarij hęretici in ſancta ſynodo panis & vinum poſt conſecrationem verũ corpus & ſanguinis domini ẽ, quod etiam Auguſtinus modis omnibus approbare contendit, ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duobus cõfici, duob⁹ꝗ conſtare, viſibili elementorũ ſpecie, & inuiſibili Chriſti carne & ſanguine, ſacramento ſcilicet & re ſacramenti, ſecundum hæc duo ſunt etiam duæ comeſtiones corporis Chriſti in eccleſia, vna corporalis, altera ſpiritualis, vna fit corde, altera fit ore: quarum corporalis communis eſt bonis & malis, his ad ſalutem, illis ad iudicium: ſpiritualis autem tantum bonis. Et corporali quidem ore corporaliter manducamus & bibimus, quoties de altari dominico ipſum dominicum corpus ſubſtantialiter per manum ſacerdotis in ſacramento panis & vini accipimus, corde vero ſpiritualiter comedimus & bibimus, quoties, vt ait beatus Auguſtinus, hoc quod pro ſalute noſtra filius dei in cruce pependit in memoria recondimus, & non ſolũ ad huius cõmemorationem, ſed etiam ad imitationẽ

crucifigendo carnem nostram cum vitijs & concupi scentijs,nosipsos accendimus.De corporali comesti-
Lucæ. 22. one ipse dominus ait:Accipite& comedite,Hoc e corpus meũ quod pro vobis tradetur.Bibite,Hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur.Item Apostol⁹:
1.Cor.11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. De spirituali vero comestione ait Augustinus in Sermone.26.super Iohannem: Panẽ cœlestem spiritualiter manducate, est, innocentiam ad altare apportate. Vtranque etiam comestionem discernens subiecit: Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex eo manducauerit,nõ moriatur.Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti,non quod pertinet ad visibile Sacramentum,qui manducat intus non foris,qui manducat corde,non qui præmit dente.Item idem in libro de verbis domini: Tunc autem vita erit vnicuique corpus & sanguis domini,si quod in sacramento visibiliter sumitur in ipsa veritate spiritualiter manducetur,spiritualiter bibatur. Item Gregorius in homilia paschali:Sanguis agni super vtrunq; postẽ ponitur,quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.In vtroq; enim poste agni sanguis est positus, quando Sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoq; tota mente cogitatur.

Quod sicut nec minus à malo,nec magis à bono Sacerdote consecratur veritas corporis Christi, sic nec minus à malo,nec magis à quolibet bono sumitur quantum ad substantiam.

Quam-

QVāuis igitur spiritualis comestio corporis Christi prior & dignior sit quā corporalis, quia illa tātum bonis, hæc autem communis est & bonis & malis, cum vtraque tamen sit ad salutem necessaria, & quātum ad substantiam dominici corporis, vera, videtur quærendum cur beatus Augustinus dixerit, quia tunc erit vnicuiq; vita corpus Christi, si in ipsa veritate spiritaliter manducetur: quasi non ipsa veritate corporaliter sumatur, & mali qui corpus Christi sacramentotenus tantum sumunt, non verum illud sumant, quia non spiritualiter illud capiunt. Vnde etiam aliqui errantes Christum à Sacramento suo separari autumant, ita vt malos purum Sacramentum & non corpus Christi sumere astruant, & ipsum Iudam proditorem, quibusdam sanctorum autoritatibus contendant in cœna dñi cōmunioni corporis Christi non interfuisse, q̄si corpus Christi non possit nisi incorporatus Christo vere sumere. Propositis itaque his, quibus suum concipere videntur errorem, nos deo volente subsequenter astruemus ipsam veritatem, qua scilicet bonos vere omnino credamus corpus Christi sumere, malos autem vere quidem quantum ad substantiam, & nō vere quantum ad effectus gratiā. Ait Augustinus in sermone. 27. super Iohannem: Carnem Christi & san- August.
guinē non edamus tantū in Sacramēto, quod & multi mali, sed vsq; ad participationē spiritus, vt in corpore dñi tanquā mēbra maneamus, vt eius spiritu vegetemur. Itē idē in libro Sententiarū Prosperi: Escam

vite accipit, æternitatis poculum bibit qui in Christo manet, & cuius habitator est Christus. Nã qui discordat à Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit, etiamsi tantæ rei Sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat. Ecce malos carnem Christi tantũ in Sacramento quasi non vere, sed tantum figurate sumere, itemq́ eos etiamsi sacramentum accipiant, carnem Christi non manducare, astruere videtur, quod tamen non dicit quantum ad substantialem corporis veritatem, quam licet indigni ad iudicium suum vere tantum sumunt, sed quantum ad gratiæ sacramenti virtutẽ quã negligunt. Sed iterum beatum Hilarium Pictauiensem in expositione super Matthæũ quasi testem huius rei faciunt, qui manifeste videtur asserere, à domino Iudam à tanti sacramenti cõmunione exclusum, quia indignum. Ideoq́ eum non potuisse bibere sanguinẽ Christi in mysterio, quia eum non erat bibiturus in regno. Dicit enim ita: Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo Pascha accepto pane & fracto conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorum communione non fuerat Nam discessisse statim hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neque sanè cum eo bibere poterat in mysterio, qui non erat bibiturus in regno, cum vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum postea polliceretur. Si itaq́ Augustinum ita vere & non vere à Sacramento malos remouisse, & Hilarium ita ipsum Iudã à cõmunione exclusisse ostenderimus, vt sibi ipsis vel alijs sanctis non sint contrarij, manifestũ erit, deo volente

Hilarius.

lente

lente, quia mali corpus Christi sumunt, vere quantũ ad substantiam, & non vere quantum ad gratiam. Et prius quidem verba beati Hilarij cõcorditer cum alijs sanctis exponantur. Sine Iuda enim pascha, id est, transitum ad vitam confici dicit, quia spiritualiter ei9 particeps nõ fuit. Vnde etiam subiecit. Dignus enim æternorum sacramentorum communione non fuerat, quia æternę vitæ indignus. Quod ex effectu operis approbat, quia statim post buccellam ad perditionem exiuit. Quod se non secũdum corporalem & tẽporalem communionem dixisse, sed secundum spiritualem & æternam, cuius tantũ boni participes sunt, ostendit cum subiungit: Neq; sane cum eo bibere poterat, qui non erat bibiturus in regno. Quomodo enim corporaliter corporale cum eo bibere Sacramẽtum non posset, qui eatenus ab ordine Apostolico & suo consortio remotus non fuerat, cum teste Apostolo, malos quotidie videamus sumere indifferenter corpus domini, non ad salutem, sed ad iudicium: Nisi ergo Iudæ illa impossibilitas sumendi corpus domini spiritualiter ascribatur, cum cæteri mali illud corporaliter sumere possint & consueuerint, ipsum solum non potuisse quod cæteri possunt, procedere non videtur. Quia ergo tolerabiliter expositum est, Iudam à confessione corporis Christi spiritualiter vt indignum abfuisse, si testantibus alijs sanctis corporaliter affuerit, & ipsum Sacramentum ab ipso domino sumpserit videamus. Ait Leo papa in sermone cuius initium est: Scio quidem dulcissimi: Discumbentibus discipulis ad edendam mysticam cœnam cum in Cai

Hilarius.

Leo Papa.

phæ atrio tractaret, quomodo Christus occidi posset, ille corporis & sanguinis sui ordinans sacramentum docebat, qualis hostia deo deberet offerri, ne ab hoc quidem mysterio traditore submoto, vt ostenderetur nulla iniuria exasperatus, qui voluntaria erat impietate præscitus. Et post pauca: Cur infelix Iuda tanta benignitate non vteris? Non Apostolici ordinis honor, non Sacramentorum tibi communio denegatur. Item Augustinus in Sermone. 62. super Iohannem: Non vt putant quidam negligenter legētes, tunc Iudas corpus Christi accepit. Intelligendum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat dominus Sacramentū corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat, ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationē Iohannis apertissime dominus per buccellam intinctam atq; porrectam, suū exprimit traditorē. Quia igitur Leo traditorem à mysterio corporis Christi non esse submotum, & ipsam Sacramentorū communionem non ei fuisse negatam. Itemq; Augustinus ipsum Iudam interfuisse vbi Sacramentum corporis & sanguinis sui omnibus discipulis distribuerat, Luca enim euangelista teste affirmat, videndum est quō Iudas & cæteri mali corpus Christi sumere & non sumere intelligantur, ne tanti patres in quibus erat vnus spiritus, non dissentionis sed pacis, à se dissentire videantur. Quam quæstionē ipse Augustinus in Sermone de blasphemia spiritussancti tractans ait: Illud etiam quod ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, quomodo

Aug.

Aug.

modo intellecturi sumus? Nunquid etiã illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducent & bibant, cum ipsam carnem manducent, & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri venditor, & traditor ipsius, quamuis ipsum manibus eius confectum, Sacramentum carnis & sanguinis eius cum cæteris discipulis, sicut apertius Lucas euangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, & Christus in eo? Sed profecto est quidam modus manducandi carnem Christi, & bibendi sanguinem, quo modo qui manducauerit & biberit in Christo manet, & Christus in eo. Item idem in sermone de verbis euangelij: Quid est Christum manducare? Non hoc solum in Sacramẽto corpus eius accipere. Multi enim indigni accipiunt, de quibus Apostolus ait: Qui mãducat & bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sed quo modo manducandus est CHRISTVS? Quo modo ipse dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Si in me manet & ego in eo, tunc bibit. Qui autem in me non manet, nec ego in eo, etsi accipit Sacramentum, acquirit magnum tormentum. Quomodo non dicitur quidem quasi Christus à Sacramẽto suo propter maliciam alicuius sumentis separetur quantum ad veritatem suæ substantiæ, sed quantũ ad effectum suæ gratiæ, quia cum corpus suum det in Sacramento, vt perfecta vnitate ita incorporetur corpori suo, vt in se manet tanquam capite suo, & ipse in eo tanquam

mẽbro

membro suo, non potest vniri tam mundum caput fœdo & putrido membro. Ait enim Augustinus in sermone super Iohannem.26. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Participatio filij per vnitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatioq́ significat, nos efficit meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes vitam æternam, quam nõ habebamus ex nobis. Quamuis autem ista significatio vnitatis non compleatur in malis, vt meliores efficiantur, & viuãt propter deum, non tamen minus est substantialiter & vere corpus eius quod sumunt. Vnde Augustinus in libro.5. de baptismo: Sicut Iudas cui buccellas tradidit, non malum accipiendo, sed bonum male accipiendo, locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisq́ sumens dominicum Sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini & sanguis nihilominus erat etiam illis, de quibus dicebat Apostolus: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Quia ergo superius satis astructũ est, quomodo corpus Christi manducare in veritate substantiæ possunt etiam mali, in veritate autem spiritualis gratiæ possunt tantummodo boni, cum etiam superius dictum sit, quod corporalia sacramenta sunt quasi quædam verba, videamus, si in verbis accedat etiam aliqua similitudo ad hanc rẽ manifestandam Sacramentis. Sicut enim verbum est sonus significans & continens intellectum, ita sacramentum est species panis significans & continens Christum: & sic

ut yet

ut verbum à quibuſdam auditur & intelligitur, & ſic omnimodis percipitur, à quibuſdam vero auditur, ſed non intelligitur, & tunc percipitur quidem exterius aure quantum ad ſonum, non etiam interius corde quantum ad intellectum, nec minus tamen continet intellectum ſi non intelligitur, quã habet ſonum ſi non auditur, ſic incredulus vel indignus, ore quidẽ ſumit Sacramentum exterius in panis ſpecie, nec tamen interius ſumit corde corpus Chriſti in vnitatis & conformitatis veritate ſubſtantiæ, cum qua percipitur etiam [* à malis, quàm cum & veritate ſubſtã *nõ minus tiæ, & in veritate ſpiritualis gratiæ, omni modo percipitur à bonis. Vnde etiam Auguſtinus in Pſal. 54. Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Intellexiſtis ſpiritualiter, ſpiritus & vita ſunt: Intellexiſtis carnaliter, & ſic illa ſpiritus & vita ſunt, ſed tibi non ſunt. Spiritualiter intelligite, quæ locutus ſum. Sicut ergo verba ſpiritualiter intellecta & non intellecta, ſemp ſpiritus & vita ſunt, ſic corpus Chriſti ſpiritualiter & non ſpiritualiter ſumptum, non minus eſt in veritate ſubſtantiæ, quamuis tibi non, quiſquis indigne accipis, in veritate gratiæ. Quodammodo enim quaſi ſentis corpus Chriſti corporali guſtu, ſed non ſapis ſpirituali affectu, ſed pro quãta parte ſaporem dulcedinis & ſuauitatis eius non percipis, corpus Chriſti tibi nõ eſt, quod tamen pro quanta parte exterius ſumere præſumis, corpus Chriſti nõ minus eſt, ſicut & verbum non eſt verbum audienti & non intelligenti, ſed tantũ ſonus, & tamen non minus eſt verbum. Cum ergo malos corpus Chriſti vere ſumere,

ipſumq́

ipsumq́; Iudam à summo sacerdote Christo cum cæteris discipulis accepisse sancti testentur, astructũ etiam videtur non esse nobis noxium si à nobis vel nobiscum mali male sumant Sacramenta, cum Iudas ab ipso Christo cum cæteris Apostolis acceperit, nec etiam à prauis minus vere confici ipsa sacramenta, cùm ipse proditor tanti officij ministerium à summo pontifice accipiens cum cæteris, hoc facite in meam commemorationem, audierit. Si enim sicut ei à domino iniunctũ fuerat, corpus domini confecisset, nunquid vere minus ab ipso prauo, quàm à quouis bono factum fuisset? Quia enim Iudas accusatus & damnatus non fuerat, ideo Christus conscientiam eius peruersam, quamuis sibi notam, damnare noluit, vt nos instrueret, quod aliquorum prauitas, nec conuersatione, nec sacramentorum consecratione vel comparticipatione bonis aliquatenus nocere possit. Vnde Augustinus in libro de corpore domini: Intra catholicam ecclesiã in mysterio corporis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritussancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Item Augustinus ad Parmenianum libro .2. In omnibus quæstionibus intelligendum admonemus, quia scilicet omnia Sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus. Item Augustinus contra Donatistas: Communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, sed concensione factorum. Itẽ
idẽ

Idem in homilijs suis: Vt sufferas etiam eum quem nosti malum, attende Apostolũ dicentem: Vnusquisque onus suum portabit. Non enim cum illo communicas auaritiam, sed Christi mensam. Et quid obest si communices cum illo mensam Christi? Qui mãducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, sibi inquit non tibi. Quia igitur, vt ait Leo, Iudæ dominus nec negauit Apostolici ordinis honorem in conficiendis Sacramentis, nec communionem in ipsis percipiendis, multum prouidit ecclesię suæ, ostendẽs per hunc solum innoxiam ei fore malorum prælationem vel conuersationem, in quo nisi esset præscisa tanti causa schismatis, multi magis superbe quam religiose calcibus à se repellerent eos qui apud se minoris viderentur æstimationis. Vnde Augustinus in sermone. 49. super Iohannem: Quid voluit dominus admonere ecclesiam suam, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit, nisi vt malos toleremꝰ, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est & sacrilegus, talis cum discipulis ad cœnam dominicam accessit, conuersari cum eis potuit, inquinare eos non potuit.

Quomodo vere & salubriter sumi possit corpus Christi. Caput. XXII.

Malos quidem male sumere Sacramenta, sed tamen vere ostendimus, nunc qualiter boni non solum vere, sed & salubriter sumere valeant, videamus. Ait Clemens papa in epistola sua: In perceptione corporis & sanguinisdo-

nis domini, magna discretio adhibenda est. Cauendum enim, ne si nimium in longum differatur ad perniciem animæ pertineat, dicente domino: Nisi mãducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si vero in discreto accipiat, timendum est illud quod ait Apostolus: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi mãducat & bibit. Ideo iuxta eiusdem Apostoli vocem, probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, vt videlicet ab operibus carnis purificans corpus animamq; suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum. Item beatus Hilarius: Si tanta non sunt peccata vt excommunicetur qs, nõ se debet à medicina corporis domini subtrahere, Vnde timendũ est, ne diu abstractus à corpore Christi, alienus remaneat à salute. Qui peccare quieuit, cõmunicare non desinat. Itẽ Ambrosius: Si quotiescũq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, qui semper pecco, debeo semper accipere medicinam. Itẽ beatus Cyprianus: Eucharistia quotidie ad cibũ salutis accipitur. Quod distinguens Augustinus scribit ad Ianuarium: Dixerit quispiam non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius affirmet quotidie, faciat vnusquisq; quod secundum fidẽ suam pie credit faciendũ. Neq; enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum alteri præposuit, Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit dominum, alter dixerit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo saluatorem honorificantes, quãuis non vno modo miseri, am-

Hilarius.
Ambrosi.
Cyprianus.
August.

feri, ambo misericordiam consecuti. Item idem alibi, hoc inuenitur in libro Gennadij de ecclesiasticis dogmatibus: Quotidie eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen diebus dominicis hortor: si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistiæ perceptione quàm purificari. Et ideo quãuis peccato quis mordeatur, peccandi de cætero non habeat voluntatem, communicaturus satisfaciat lachrymis & oratiōib⁹, & confidens de domini miseratiōe, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed de illo hoc dico, quẽ mortalia peccata non grauant. Quibus sanctorũ verbis magna nobis indicitur bene operandi necessitas, ne corpus domini indigne sumendo, sumamus iudicium, vel sumere cessando, hoc modo etiam alienati à vita, nihilominus incurramus periculum. Necessario eñ agnus sumendus est, vt à vastante angelo protegamur. Sed si tantã medicinam sumere vel non sumere periculum est, quo euademus? Sed ne his angustijs circunuenta humana desperet infirmitas, Augustinus vnicuiq; sumendi & non sumendi propriæ discretionis relinquit arbitrium, quamuis pro certo à tanta medicina, vel peccati pertinacia, vel ipsius sacramenti negligentia subtrahi, magnum salutis sit detrimentum. Nõ est enim sine magno gratiæ priuilegio, quod deus etiã corporaliter humani corporis & cordis vti dignatur diuersorio, nec tantũ ad hospitandũ vt in tẽplo suo, sed ad incorporandũ sibi vt mẽbrum capiti suo. Quid enim ad salutem nobis deerit, cum ille qui salus est omnium, nobis vnitus fuerit? Non est

H ergo

ergo desperanda inuicta dei gratia, quantumcunq; hostis fraudem, quantumcunq; nostram fragilitatem attenderimus, quia vel hostis fraude, vel nostro vicio angustiorem dei gratiam constituimus si hostem potentiorem ad nocendum, quàm deum ad liberandū, nos autem abiliores ad labendum, quam ipsum ad stabiliendum crediderimus. Quid vero est quod ait Apostolus: vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, nisi hæc potentior sit ad saluandum, quam illud ad perdendum? Non est ergo metuēda bene operandi necessitas, quibus in deo tanta ipsius necessitatis est facultas, vt quicquid bene voluerimus, per eū qui omnia potest possumus. Vnde etiam beatus Hilarius inchoantibus & imperfectis condescendens, ne quis de gratia dei diffidat, consilium dedit, vt qui peccare quieuit, communicare non desinat, quamuis eos qui in affectu peccandi sunt, vel de criminalibus digne non pœnituerunt, vel ab his ministris, qui extra ecclesiam sunt conscios sumere interdicat autoritas. Quia igitur sicut magna spe, sic magna discretiōe sumendum est corpus domini, cum de perfectis satis superius dictum sit, quod corpus domini sint & sumāt, quia Christus in eis & ipsi in eo maneant. De imperfectis, qui corpus Christi fieri & sumere volunt, qualiter hoc idonee faciant videamus. Vt ergo de criminaliter peccantibus sua decreta seruentur, quia etiam in Aegypto datus est agnus Israelitis, sed inde statim exituris, dandus est idem agnus dei peccatoribus, vt à vastante angelo protegantur, sed deinceps peccatis renunciaturis, in quo quia ab ipsa figura agni traximus sumi

mus similitudinem, ab ipsa comparemus etiam sumē di discretionem. In vna domo agnus comedi, nec inde aliquid efferri præcipitur, quia cum extra ecclesiam non sit locus sacrificij quantiscunq; polleat moribus quis, non rite datur vel sumitur agnus, nisi à catholico, vnitatem scilicet ecclesiæ seruāte, tam fide ne sit hæreticus, quam obediētia ne sit schismaticus. Vnde Hieronymus in Esaiam: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus, qui non foris, sed intus & in domo vna comeditur. Accinctis autem renibus, calciatis pedibus, baculos tenentes, agnum iubemur comedere, cum lactucis agrestibus, festinantes, vt castitate præcincti, & ne à serpentibus in via huius seculi mordeamur, exemplis sanctorum patrum munientes gressus actuum nostrorum, virga disciplinæ castigantes carnis intemperantiam, comedamus agnum cum lactucis agrestibus, id est, amara compunctione plenis, ita cum desiderij feruore festinantes ad patriam. Est enim phase, id est, trāsitus domini, quo ex hoc mundo transiuit ad patrem, cum quo desidia tardus, & super ollas carnium in seculi Aegypto remoratus, transire non præualet, vt illuc perueniat, vbi Christ⁹ in dextera dei sedet. Sed vt dictū ē, ideo se vnit nobis in sacramēto, vt q̄d nobis ē impossibile, possibile fiat in ipso. Vñ etiā ne q̄d dabat, inane videret & friuolū, nec añ nec post, sed ipa passiōis & trāsit⁹ sui hora sacramētū corporis sui dedit & sanguinis, vt vñ dabat exēplū daret etiā mysterij exordiū, q̄tin⁹ memoriç nr̄ç arcti⁹ pass ōis suæ characterē imprimeret, spei nr̄æ certi⁹ trāsit⁹ sui, & nr̄i viaticū delegerat, cū illud sicut pri-

mus primum,sic in extremo temporalis vitæ suæ sub noui testamenti assignatione daret extremum. Testamento eñ sanguinis sui data redemptione & peccatorũ remissione,pactum quod habebamus cum morte deleuit,vitæ æternæ fœdus nobiscum pepigit,& tanti Sacramentum testamenti ad conferendam sibi sanctam ecclesiam in commune omnibus reliquit, vt vnde habemus gustum in via, satietatem quæramus in patria,& ipsum per ipsum inueniamus,cum in manifesta sua apparuerit gloria. Cum enim corpus Christi sumpserimus,& corpus eius facti fuerimus,transibit ipse in nobis ad patrem,transibimus & nos in illo, vt cum illo tanti in transitus labore vnum facti,vnum semper simus in peruentionis gaudio. Sciẽdum autem non tantum spiritualiter, sed & corporaliter sumendum esse corpus domini, qui & agni sanguis, qui à vastante angelo protexit, vtroq; postus respersus est, vt verum agnum non minus ore corporis q̃ ore cordis sumi debere signaret,quia qui vtrunq;,corpus scilicet & animam venit redimere,vtriq; voluit in sacramento suo communicare, vt cum anima crederet quod corpus gustaret,vtriq; vna spe salutis æqualiter in Christo proueniret. Videndum autem, cum edendum agnum lex dederit in calceamentis cautelã, ne à vicijs fallamur:in baculo disciplinam, qua perpetrata corrigamus:in lactucis compunctionem, vt nõ solum exterius,sed & interius pœnitentiam agamus: in festinatiõe desiderij ardorẽ,quo ad cœlestia suspiremus: cur accinctis renibus abstinentiam libidinis expressius indixerit,cum de cæteris vicijs nihil nominatim

tim, sed communiter omnium vel cautelam vel disciplinam figurauerit. Vnde sciendum, quia agnum dei sine macula, qui virginis est filius, luxuriosi & incesti sumunt periculosius, quia cum ei in sacramento vniri debeamus, conformitate passionis & mundiciç, nihil sic aduersatur passiõis cruci vt voluptas, nihil sic mundiciæ vt fœditas, nihil sic eius vnitioni, vt fornicariæ societatis vnitas. Libido enim appetitu suo allicit & incendit, actu suo fœdat & eneruat, vsu lubricat & illaqueat, adeo vt placendo displicens, displicendo placẽs, difficilem aut nullam sui plenitudinem admittat, & nisi valida manu misericordiæ dei subuentum fuerit, miserabili fine suo, amatores suos sine fine perdat. Vt enim prætermittam eam quæ extra naturam abominabilis est & nephanda, & intra naturam in incestibus & adulterijs detestanda, vel in fornicationibus & stupris lœtifera, illa etiam in coniugijs quæ est licita, etsi non aufert vitam, minuit tamen coronam, vt cum virginitas centesimum, viduitas sexagesimũ, coniugalis copula extremum & tricesimum referat fructum. Si ergo ita humiliat, vbi quod non expedit, sanat indulgentia, quantum nocet illa, cui diuinæ imminet indignationis censura? Hæc enim pestis, quo præ cæteris vicijs est naturæ familiarior, eo ad cauendum difficilior, quia cum repellitur, nolenti se ingerit importuna, cum admittitur, volenti onerosa incumbit, & dum sic sensim infundit amorem suum, prorsus extirpat amorem cœlestium. Sed quid econtra faciendum est, ne pereamus? Quia ad vitam non peruenitur nisi per angustam viam, difficilem, sed co-

operante deo, non impossibilem ingrediamur semi-
tam, vt quia humana non perficimus, angelicã in ter-
ris vitam ducamus, quatinus castitatis mundiciã cor
de & corpore Christi mundiciæ conformes, ne cœle
sti alimonia indigne reficiamur, simus spe & conuer-
satione cœlestes, quia panes angelorum non nisi an-
gelicæ vitæ est stipendium. Vnde etiam praui dũ cõ-
municare presumunt, cibo qui incommunicabilis est
prauitati (vt ait Apostolus) imbecilles fiunt, & dor-
miunt multi, quia non dijudicant corpus domini, vt
vel corporalis infirmitatis molestia corrigantur per
dei misericordiam, vel dormitiõe mortis corporalis
vitam amittant temporalem & æternã. Ad quod pe-
riculum vitandum consulens Apostolus ait: Pro-
bet se homo, & sic de pane illo edat, & de cali-
ce bibat, quia reuera solicite debet per
pendere cuius sit actionis, vel
saltẽ intentionis, qui tan
tę vult fieri parti
ceps cõmu
niõis.

FINIS LIBRI PRIMI.

D. ALGERI DE SACRAmentis corporis & sanguinis Christi LIBER SECVNDVS.

Quod Sacramentum corporis Christi nullaten⁹ soluatur in digestionem, vel aliquam fœdam corruptionem. CAPVT .I.

QVia superiori libello de veritate & potestate corporis Christi, aspirante sua gratia aliquātulum explicuimus, de ipsius sacramenti quæstiunculis, quantum deus dederit videamus. Diximus superius non minus ore corporis, q̄ ore cordis, corpus domini esse sumendum, sed ex hac ipsa visibili & corporali comestione, quæ sacramentotenus fit, nascitur hęresis fœdissima stercoranistarū. Dicunt enim tantum sacramentum sicut corporali comestioni, sic & secessui esse obnoxium. Volunt autem hoc astruere cum multis argumentis, tunc ipsius Christi testimonio, ita in euāgelio dicētis: Om̄e q̄d intrat in os, in ventrē vadit, & in secessum emittit: cū constet hoc eū dixisse nō sp̄uali cibo; sed de cōmuni & carnali. His em̄ obscœnis hæreticis periculosum esset sup hoc aliqd r̄ndere, magisq̄ dignū aures nr̄as obturare, nisi piculosi⁹ esset eos in scādalū eccl'ię talia p̄ponere, & tātā eorū falsitatē

Stercoranistæ.

nos nullis fidei catholicę ratiōib⁹ reuerberare. Quibus primum illud beati Hilarij opponimus, qui non humano aut seculi sensu in dei rebus monet loquendum Deinde illud ipsius sapientiæ elogium: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te, ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Quonam enim modo panis efficiatur caro, vinum vertatur in sanguinē Christi, vtriusq; essentię mutata natura, vel vtrum vadant in secessum more ciborum communium, iustus qui ex fide viuit, scrutari & ratione concipere non quærit. Vnde Gregorius in homilia paschali. Quod ex agno remanet, igni cōburimus, quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere non possumus, p̄testati sancti spiritus humiliter reseruamus. Scimus enim hoc Sacramentum omnimoda reuerentia esse à communibus escis secernendum. Quia, vt ait Apostolus, qui manducat & bibit indigne, non diiudicans corpus domini, id est, à cæteris escis non discernens &c̄. Licet enim simili modo, quantum ad comestionem per os in ventrem mittatur, absit tamen vt tantum Sacramentum secessui credatur obnoxiū, in quo si huiusmodi naturæ ordo compleatur, mysterium fidei nimia sua indignitate humilietur. Si enim vt ait Eusebius, hæc hostia fide æstimāda est, nō specie, nec exteriori censenda visu, cum huius hostiæ substantia credatur Christus, cur pro specie panis, qua opertus est, adiudicatur ei secessus indignitas, cum exteriori specie vel visu non sit credendus? Quod non solum est contra fidem, sed & contra naturę rationē.

In

In illis enim speciebus panis & vini, vel nulla est nisi corporis Christi substantia, vel fides nostra est irrita. Panis enim & vini substantia in corpus & sanguinẽ Christi conuersa, dum facta est quod non erat, desistit esse quod fuerat. Si ergo substantia panis ibi non est, quid defœdari & corrumpi vsq; ad secessum pōt? Nã substantia Christi, quæ vere ibi est, & in quam substantia panis & vini conuersa est, nullatenus corrumpi credenda est, quia incorruptibilis est. Vnde Ambrosius: Corpus Christi alienum est ab omni corruptione, quod quicunque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Et merito. Quam enim incorruptionis gloriam nobis largiretur, qui in seipso tantam corruptionis ignominiam pateretur? Sed & qui, quãuis hoc mortis legibus debere videretur, corruptionem videre non potuit in sepulchro, quomodo corrumpi credendus est in hominis stomacho? Cibi corporei qui angelis oblati ad comedẽdum leguntur, per diuinam potentiam prorsus absumpti, secessum naturæ suæ debitum euaserunt, & cibus spiritualis, qui dat vitam æternam mundo, incurreret secessum naturæ suæ indebitum, maiestati indignum, potentiæ omnimodo contrarium? Vnde Ambrosius in libro de Sacramentis: His Sacramentis pascit Christus suam quibus animæ firmat substantiam. Et post pauca: Quid edamus & bibamus per prophetam spiritus sanctus expressit dicens: Gustate & videte quoniam suauis est dominus. In illo Sacramento Christus est, quoniam corpus est Christi. Non ergo corporalis esca, sed spiritualis est. Si ergo spiritualis & non cor-

poralis esca,quomodo corporali secessui obnoxia? Cibus enim spiritualis nobis communis est cum angelis,quia panem angelorum manducauit homo:cibus carnalis communis est nobis cum bestijs. Bestialis defectum patitur digestionis, angelicus gloriam seruat incorruptionis. Sed notādum, quia escā quam Ambrosius non corporalem astruit, Augustinus corporalem dicit. In quo ne dissentiant sciendum est, q Augustinus corporalem dicit, quia sacramentotenus corporaliter sumitur: Ambrosius corporalem negat quia cum substantialiter spiritualis sit, nō corpus, sed animam vegetat. Quia igitur Augustinus secundum sacramenti speciem escam hanc dicit corporalem, ne in ipsis speciebus sacramentalibus corporalis depute tur secessus, quomodo nec in ipsis eē possit videam⁹. In quibuslibet substantijs formarum, colorum, saporumq; qualitates fundantur, quæ qualibet alteritate superueniente, non manent in eis, & quod sic mutantur, non fit corruptione secessus, sed sola alteratione defect⁹. Verbi gratia. Cum albedo mutatur in nigredinem, nunquid in defectu suo alicuius secessus patitur digestionem? Sic informis & qualitatibus corporis Christi & sanguinis, si aliquis deprenditur defectus non vsq; ad secessum est humiliandus, quia cum à corporibus, quibus naturaliter insunt, sine stercore deficiant, quomodo deficientibus substantijs suis in sacramento Christi mirabiliter reseruantur, defectu suo indignitatem secessus naturæ suæ contrariam incurrant? Sed & cum de cæteris sacramentalibus speciebus

ebus, columba scilicet & igne, in quibus sanctus spiritus apparuit, Augustinus contra Maximinum dicat, quia corporales ille species peracto significationis officio, transierunt & esse vlterius destiterunt, nihil indignius de his corporalibus speciebus q̃ Christi contegunt corpus, est sciendum. Officium enim huius visibilis Sacramenti corporali comestione & potu ostendere, quod Christus ecclesiæ incorporetur, quid deinceps de ipso fiat, si supradictæ rationes non videntur sufficere, deo cuius est, fideliter & honeste cõmittatur. Melius est enim deo humiliter committere quod scire non possumus, quam peruerse contra eum fingere, & sentire quod tamen nescimus. Sed quærũt dialectici, cum substantia panis in corpus Christi cõuersa, iam non sit panis, in quo fundamento remanẽtes qualitates, vt idem q fuerat panis, color & sapor habeant fundari & existere, cũ substantia ipsius Sacramenti idem corpus Christi, nec colore panis sit coloratum, nec sapore sapidum. Ad quod respõdendum est, quod sicut deus in omnibus est mirabilis, sic & in istis. Facit enim in suo Sacramento accidentales qualitates existere per se, quod in cæteris ẽ impossibile. Sed qui virgini dedit fœcunditatem sine semine, quid mirum si sine substantiæ fundamento facit qualitates existere? Cum ergo in tanto Sacramento non sit quæ corrumpi possit panis & vini substantia, sed tantum panis & vini, quæ deficere quidẽ, sed ita defœdari nõ põt cũ suis qualitatibus forma, qua etiã operta credit, corporis Christi, quæ est incorruptibilis, substantia, nõ est ibi de stercore suspicãdũ, vbi nõ est aliqua hui
fœdi

fœditatis natura, sed tantũmodo diuinæ virtutis miraculum. Non sunt igitur obseruanda Græcorũ hæreticorum, qui merito stercoranistæ vocantur, delira mēta, qui dicunt participatione corporis & sanguinis Christi, solui ecclesiastica ieiunia, vsque ad crapulam & ebrietatem, ventrisq; distensionē, putantes cœlestem escam velut terrenam indifferenter accipi, & in sordidum ventris secessum dimitti. Sed absit à cordibus fidelium, vt in diebus ieiuniorum quotacunq; hora missæ celebrentur, solui credant ieiunium, quia cum non sit corporalis sed spiritualis esca, corporalis per escam non soluitur abstinentia, sed nec obseruandum est quod in quibusdam apocryphorum monumentis decernitur, ne scilicet communis cibus accipiatur, donec sumpta Sacramenta per se digerantur, ne vel commixtione alterius cibi corrumpātur. Neq; enim dominus in cœna post esum agni paschalis sacramenta corporis sui dedisset discipulis, si ex cibo iũ communium admixtione corruptionem vidisset suis accidere sacramentis, quamuis ecclesia non hoc mutabile in ipso decernat certis de causis, sed prorsus alijs. Dignum enim erat, vt ipse mediator dei & hominũ, finis legis, initium gratiæ, post esum agni paschalis, post completionem legis veteris, nouo Sacramento, nouum gratię testamentum instrueret ad vesperam, vt vtrunq; hoc in fine mundi se agere declararet. Dignum nihilominus vt ecclesia, cui talis officij causa non suppetit, vt post vmbram veritatem instituat, talem ordinem in Christo non imitetur, decernens ob reuerentiam tanti Sacramenti, vt ieiuno corpore dũ

sobri

ſobrietas viget, carnis feruor quieſcit, animus ad intelligendum ſerenior eſt, cibo ſpirituali homo interior prius reficiatur, quatinus ipſe qui in nobis præmi net, cœleſtis cibi fortitudine roborat⁹, facilius regat corpus ſibi ſubiectum, ne ad ſuperflua vel noxia relaxetur. Vnde Auguſtinus ad Ianuarium: Placuit ſpiritui ſancto, in honorem tanti Sacramenti, in os Chriſtiani prius dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. Neque enim quia prius cibos dedit dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad aliud ſacramẽtum accipiendum conuenire debebunt, aut ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Sed etſi quis ſpiritualiter refectus, ob eandem ſacramenti reuerentiam aliquandiu ieiunet, vt hoſpiti ſuo Chriſto ſobria hilaritate condelectetur, bonum eſt, quamuis ablata omni ſuſpitiõe ſtercoris, ſicut ante cibum, ſic & poſt in periculo vitæ conſtitutis dari concedatur ſi neceſſe eſt. Sed opponũt hæretici: Si multi panes & multa vina ſacrentur, diu hominem inde poſſe viuere, vt non de præterito, ſed de hoc præſenti & diuturno victu illum aſtruant interim ſeceſſum habere. Dicunt etiam aliquos per multa tempora hoc expertos eo deſiderio, vt etiam in hac vita cibo alerẽtur angelico, quos ne de defectu propriæ carnis, vt in infirmitatibus ſolet, ſeceſſum habuiſſe videatur, ita eos carne vegetatos his cibis & ſaginatos, ſicut & communibus aſtruunt, vt cum negatur defectus carnis, probetur ſeceſſus ſacræ fuiſſe cõmunionis. Sed deo annuente, nec ſic vincent hæretici, quia credendum quidem eſt, quod cœleſtis cibus, qui confer Auguſt.

confert vitam æternam, poteſt quibus ſibi placuerit conferre temporalem. Sed ne in digeſtionem ſolui credatur, qui de defectu carnis ſuæ ſeceſſum facit infirmo, de ipſa carne nec tamen deficiente, non poteſt ſeceſſum dare ſano? Sareptanæ viduæ lecytus conſumebatur, nec minuebatur, & quid mirum ſi per tanti cibi virtutem, caro alicuius comedentis & vegetetur & creſcat, & digeratur nec deficiat? Quinque panes hordeacei poſt ſaturitatem quinque millium hominum vſq; ad implendos duodecim cophinos creuerunt, & cum illi deo iubente in ſua conſumptione acceperint augmentum, quid mirum ſi eodē volente caro humana in ſua digeſtione non patiatur defectum? Aliquos quidem de ſanctis patribus legimus nullum aliud edulium ſumentes, ſola hac communione dominica diebus dominicis refectos, multis annis vixiſſe, ſicut Heliam in fortitudine cibi illi⁹ quem angelus miniſtrauerat, quadraginta diebus ieiunaſſe, ſed cuius potentia niſi illius, qui omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra? Qui enim de nihilo fecit omnia, ſicut poteſt carnem alere ſine carnali victu, ſic etiam eis dare ſeceſſum ſine carnali defectu. Sed iterum opponunt hæretici ad tanti Sacramēti indignitatem, quod panis & vinum in Sacramento mucidū vel putridum fiat, panis à muribus corrodatur, & in ventre eorum inueniatur, ignibus comburatur. Sed quia vt ait Auguſtinus, ideo Sacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur, ita quod fit in eis, aliter intelligitur, aliter videtur. Sicut enim in quolibet corpore ſine detrimento ſubſtantiæ, albedo

nigredine, vel quælibet qualitas superueniente contraria qualitate depellitur, sic in Sacramento Christi, quicquid mutationis specietenus, vel formæ, vel cæterarum qualitatum, seu soricum corrosione, seu vetustatis mucore, vel quibuscunque modis fieri videtur, ad Sacramenti substantiam, ad CHRISTVM scilicet non attinet, quem certissime scimus incorruptū permanere in cœlis, quicquid in eius Sacramento contingere videatur in terris. Sicut enim in proprio corpore, modo hortulanus, modo peregrinus, modo phantasma pro vt fides erat intuentium apparuit, extrinsecus autem alapas, sputa, flagella sustinuit, sic etiam ad probationem fidelium, & scandalum infidelium vsque in finem seculi, talia fieri permittet in suo Sacramento, vnde electi exerceantur, reprobi indurentur. Dum enim Christus Sacramento occulatus, tantaque sua indignitate dissimulatus, non minus tamen ibi creditur esse, nec minore reuerentia à fidelibus colitur fides hoc modo probata, dum contra hoc quod videt de deo sentit, maiora meretur, infidelitas autem maiori suo scandalo indurata damnatur, quæ ibi contemnit CHRISTI reuereri substantiam, vbi in repellenda Sacramenti sui indignitate, nullam viderit eius potentiam. Sed si ibi Christus idem suæ præsentiæ euidentia innotesceret, vel suæ potentiæ miraculis clarescerct, quod fidei esset meritum, cui suæ cognitionis tam manifestum daret experimentum? Fit etiam aliquando huiusmo di indignitas ad puniendam vel corrigendam ministrorum negligentiā, pro eo quod corpus domini in

digne tractauerint, vel cōtra ecclesiasticas regulas minus attente, vel diutius quam debuerunt seruauerūt. Nonne enim manna, si in alterum seruarent diem, putrifiebat, quia interdictum erat à domino, & tamen si pridie sabbati collectum, usq; in sabbatum seruaretur, incorruptum permanebat, quia sic erat institutū ab eo? Quicquid ergo deformitatis in Christi Sacramento contigerit specietenus, non debet à nobis fidem extorquere veritatis eius, quia in corpore suo cū verus deus esset, multa indigna pertulit, nihilominus in Sacramento suo perfert, quamuis vere ibi sit. Vt enim ait Gregorius in dialogo suo, in specie leprosi Christus Martyrio monacho apparuit, qui cum baiulatus de collo eius euanisset subsequenter ait: Quia non me erubuisti o Martyri in terra, nec ego erubescere te debeo in cœlo. Quis igitur in Sacramento Christi quaslibet indignitates debeat erubescere, cū pro digna eius reuerentia cœlestem remuneratiōem debeat obtinere? Senex Symeon saluatoris quasi brutam & incensatam, eiusq; exilem & debilem quam in vlnis gerebat formam, vilibusq; pannis obsitam personam non attendens, maiestatem deitatis in tantillo corpore agnouit & credidit, dominum vocauit, se eius seruum professus est, vt ab eo in pace dimitteretur orauit, salutare dei se videre perhibuit, lumē esse ad reuelationem omnium gentium, & gloriam plebis suę Israel prophetauit. Vt ergo quaslibet indignitates in Sacramento Christi fides vera non erubescat, sciendum est, quia sicut multa aguntur in Sacramento Christi quæ non videntur, sic in eo multa videntur

Gregorius

fieri quæ aliter dispensatur Grægorius enim dicit,in ipsa immolationis hora cœlos aperiri, angelorum choros adesse,&c. quæ quamuis vere fiant,non tamẽ videntur. Item idem ait:Caro eius in salutem populi partitur,eiusq; sanguis funditur, sicq; aliter quam videatur:cum ipse integer perseueret & viuus. Sed quid mirũ de his? Ipsum corpus Christi videtur panis esse,& nõ est panis In eo igitur quod videtur esse & non est,fieri multa videntur quæ non fiunt, velut, quia Christus Martyrio leprosus apparuit,nunquid Christus speciosior sole,vera lepra respersus fuit? In vitis patrum legitur:Aspiciente quodam sanctissimo patre angelum domini quibusdam indigne communicantibus corpus domini subtrahere,& pro illo carbones porrigere.His igitur aliud videbatur,& aliud fiebat.Item legitur Tharsitius martyr corpus domini ferens,cum à paganis comprehensus requireretur quid fieret,& sanctum canibus dare nollet, martyrium obtinuisse.Cumq; illo mortuo curiose quęrerẽt quid ferret,corpore Christi cœlitus sublato,linteamina tantum quibus ipsum continebatur,reperta sunt. Sic & alia multa in hoc spirituali sacramento inuisibiliter fieri credẽda sunt angelico ministerio. Quicquid igitur in sacramento Christi specietenus(vt dictum est)fieri etiam monstruose videatur, quæ pro aliquorum negligentia punienda vel corrigenda,seu pro fide probanda & instruenda,seu pro perfidorum scandalo & ruina,fidem Christi non euacuauit, quia dispensante aliter deo,nullatenus ad sui corporis indignitatem attinere credendum est. Nec solum cor-

pori Christi, sed & ipsi Sacramento visibili eadem causa mucorem negarem & putredinem, qua superius digestionem: quia cum illæ species sine panis & vini substãtia sint, quomõ muscescere & putrescere magis, quam digeri possint, non facilis patet causa. Ipsis vero speciebus, cum non sint æternæ, defectum negare nõ possumus, sed ipsum defectum ita dicimus simplicem, vt nullam fœditatis admittamus corruptionem. Possunt tamen videri mucidæ & putridæ, quãuis ita non sint, sicut Christus hortulanus, peregrin⁹, prout erant intuentium mentes, sed hac visione cum eis quibus fit ita agitur, vt supradictæ causæ in eis cõpleantur. Quod autem ventrem distendere vel inebriare dicuntur, ne hoc quidem suum esse approbamus, sed quando ista facere videntur, eisdem supradictis causis id fieri credimus. Si autem in vomitu ebriorum vel infirmorum huiusmodi forma deprehenditur, vel etiam in ventre bestiarum, quid aliud portẽditur, nisi quia cum ebriosis vel impœnitentibus infirmis, vt dignum est, manere contempsit, vel eos à quibus seruari & sumi debuit, bestijs deteriores ostendit? Cur enim præter peccatum creatori, qui vbiq; ẽ, omnia munda sint, quomodo videtur immundius eẽ in ventre muris quam in ventre adulteri impœnitentis? Quod autem etiam à religiosis incendio tradi, & ibi disparere dicuntur ipsæ sacramentales species, nõ ad indignitatem Christi fit, quasi ignibus exurend⁹ tradatur, quod impossibile est, cum sit omnium elementorum deus, sed quoties aliqua talis indignitas ipsi Sacramento acciderit, vt horrorem sumendi incu

tiat

fiat, ipsę sensuales species, quas ibi deus altissimo suo consilio post mutationem suæ substantiæ remanere voluit, ignibus traduntur, vt ostendant quod suũ est, deficiendo & dispar ẽdo sine omni fœditate in illo puriſſimo ignis elemento. Quapropter sicut summa summi reuerentia, sic summa etiam seruari debet diligentia, quia res tantæ dignitatis, tantæq́ꝫ salutis, ne gligentię vel obliuioni subiacere non debet, sed quid magna dei gratia agitur decet & oportet vt magna ecclesiæ solicitudine deuote & indesinenter super omnia honoretur.

Cur visibile Sacramentum, inuisibili deo fiat. Caput. II.

QVæritur autem cum Sacrificium ecclesiæ constet visibili elementorũ specie, cur deus illud visibile eẽ voluerit, cum ipse inuisibilis sit, & à veris adoratoribus patrem in spiritu & veritate adorandum esse dixerit, & Psalmista, sacrificiũ deo spiritũ contribulatũ astruxerit? Sed sciẽdũ qa in sacrificio visibili p̃sentiã inuisibilis corpis sui exhiberi nobis voluit, vt sic nostrã magis excitaret memoriã ad recolẽdã tãtę suę pietatis grãm. Sicut enim cũ oĩa posset, nõ in nobis ipsis, sed in exteriorib⁹ alimonijs tẽporalẽ vitã nostrã retineri voluit, ne nobis debere videremur, q̃d sum⁹, sed ei potius à q̃ sunt illa munera vñ viuim⁹, sic etiã visibili suo Sacramẽto q̃ vitæ æternæ pignus accepimus, admoneri nos voluit ei⁹ gratiæ esse referẽdũ, quod ab ipso vitã æternã

accipimus, quam in nobis non habebamus, imo per nos perdideramus. Sicut ergo teste Apostolo, inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sic inuisibilis præsentiæ suę signum sacramentum suum esse voluit, vt sic intellectum nostrum de sua reddens gratia certiorem, affectum nostrum faceret erga se ardētiorem. Ne autem existimetur, cum ipse inuisibilis sit, visibilium sacramentorum sacrificia ei non congruere, ait Augustinus in libro decimo de Ciuitate dei. Qui autē putant hæc visibilia sacrificia dijs alienis congruere, illi vero tanquam inuisibili inuisibilia, & maiori maiora, melioriq meliora, qualia sunt puræ mentis, bonæq voluntatis officia, profecto nesciunt hæc ita esse signa illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes & laudantes ad deum dirigimus significantes voces cui res ipsas in corde quas significamus offerimus, ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus nostris visibile sacrificium nosipsi esse debemus. Sciendum enim est, nos qui non spiritus, sed & corpora sumus, corporalia enim sacrificia exhibere debere, vt sicut ex vtrisq consistimus, ne qd ociosum remaneat, ex vtrisq deo corporaliter & spiritualiter seruiamus.

Cur sacrificium ecclesiæ non constet solo sacramento, vel corpore & sanguine Christi sine sacramē to, vel cur vtroq.

Caput. III.

Quæri

QVęritur autem, quare sacrificium ecclesiæ non constet solo Sacramento, vel tantū corpore & sanguine Christi sine Sacramēto, vel quare vtroq;. Ad quod respondetur: Quia si solo Sacramento, id est, pane & vino cōsecrato & non mutato constaret, nō esset causa, quare noui testamenti sacrificium veteri testamento superordinatum esset, cum sicut illud tantummodo fuit vmbra & figura futurorum, sic istud tantummodo esset figura & commemoratio prætेritorum. Cum enim Christ⁹ dixerit: Hoc facite in meam commemorationem: quid nisi figuraret & repręsentaret præteritam Christi passionem? Conferamus ergo nouam vmbram veteribus, simplicem simplicibus, vt quæ ex his præpolleant tam corporaliter quā spiritualiter videamus. Cum enim pręsens Sacramētum si tantummodo Sacramentum est corporalis cibus sit sicut vetus fuit, nonne māna quod deus de cœlo pluebat, & omne delectamentum saporis in se cōtinebat, erat dignius & melius: itemq; panes propositionum, similagines, & vituli, & cætera, quæ ille populus sacrificabat, nonne meliora ad reficiendum, q̄ modicum panis & vini vix ad degustandum? In nouo enim Sacramento ablata fide gratię interioris, exterior species in panis mica vel vini gutta nullius est æstimationis, exteriora facta sunt, vt ei quæ interius creditur gratiæ, omnis impenderetur summa deuotionis. Cassa enim videretur tot hominum assistentium, & huic Sacramento ministrantium, vel adoran-

tium veneranda sedulitas,nisi ipsius Sacramenti longe maior crederetur quam videretur veritas & vtilitas.Cum ergo exterius quasi nulla sint,quibus tanta impendũtur venerationis obsequia,aut insensati sumus,aut ad intima mittimur magnæ salutis mysteria. Sed et sacramentali officio non prępollet nouum veteri.Cum enim sit memoria tantum vt figura passionis Christi,tanto indignius est nouum renunciando præterita,q̃d memoria cuiuslibet hominis est, quanto vetus melius & diuinius est,prænunciãdo eadem futura,quod solummodo prophetiæ diuinæ ẽ.Si eñi panem non vere carnem Christi, sed vmbratice tantum in memoriã crucifixæ eius carnis dicimus,nõne nouum Sacramentum vmbra tantum & figura,sicut & vetus erit?Ideo autem deterius,quia illud vmbra futurorum fuit spiritualiter,istud præteritorum carnaliter.Sed & effectu non præpollet,quia nec peccata remittit,nec cœli ianuam aperit.Cum enim solũmodo vetus in cibis & potibus & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis non potuerit iuxta conscientiam pfectum facere seruientem,vt ait Apostolus,quia vmbram quidem futurorum bonorũ habebat,nõ ipsam imaginem rerum,quomodo nouum,cum similiter sit vmbra,remissione peccatorum, profectu virtutum, iuxta conscientiæ mundiciam,perfectum seruiẽtem reddere poterit? Quia ergo vetus in hac vita, pfectã meritorũ conferre nõ potuit gratiã, ideo nõdum reserata paradisi ianua,non statim post hanc vitam, pfectã mercedis contulit,sed distulit coronã,sanctis q̃dẽ aiabus requiẽ tribuẽs à labore, sed regem cũ gl'ia
non

retribuēs ꝑ labore. Cū igi[?] nec vētris saturitate, nec sacramētali, ꝓphetia, nec effectu spūalis grę, tēporalis & æternæ, nouum veteri ꝑpolleat, quō magis quā illud proficere habeat? Nisi enim in hac vita conferat plenitudinem gratiæ, qost hanc vitam non conferet plenitudinem quietis & gloriæ. Si ergo nouum Sacramentum neq̨ corporaliter, neq̨ spiritualiter melius esset antiquo, quare ei supordinari deberet nulla esset rō. Quid ergo dignius consuluisset Christus quam Moyses, filius dei in domo propria quam seruus in aliena? Si autē vmbram vmbra mutaret, nec compleret, quando vel à quo veritas veteribus sacramentis figurata & promissa, complenda esset, si ille qui veritas est non veritatem sed vmbram pro vmbra daret? Dedit ergo ecclesiæ suæ veritas veritatem, Christus corpus suum & sanguinem, vt quod vetus vmbra non poterat, ipse redemptionem remissionemq̨ peccatorum, quam fecerat in cruce, faceret similiter in altari quotidie, & quotidiano peccatorum contagio salubrius q̄tidiano subueniret remedio, idemq̨ ipse qui futurus erat electis vita & præmium, in præsenti esset medicina & viaticum. Nisi enim ipse sacerdos qui cœlos penetrauit, fieret nobis via ad seipsum, cœli ianua nobis clausa foret in æternum quę ideo post passionem Christi reserata est credētibus, quia idē qui est sacerdos sacrificium factus vnitur sibi commoriētibus, vt dū vnū fiunt cum ipso, vbi ipse est, ipsi sint in ipso. Vñ etiam ad magnam spem iustis & peccatoribus in passione Christi, eadē die latro, eadē die iustus, eadē die cū Christo in paradisum ē assumpt⁹ ptæ oībus iustis

primus vt non solum constaret eadem die paradisi ia nuam hominibus reseratam, sed & cōstaret dei gratiam non articulo temporis astringi, non peccatorū quantitate vinci, cui ad æternæ vitæ præmia statim conferenda suffecit vix vnius horæ spacium post tot flagicia. Quis ergo dubitet Christi passionem, vere omnium peccatorum esse remedium, quæ tam sero, tam cito, quasi omnium peccatorum primitias iustificauit & saluauit sceleratissimum? Tantam gratiæ prærogatiuam in Sacramento Christi beatus Ambrosius intuens, ait in sermone de Sacramētis ad Neophytos, noua Sacramenta veteribus præferens: Summo studio volumus cōprobare, quia & antiquiora sunt Sacramenta ecclesiæ, quàm synagogæ, & præstantiora quam manna. Et paulo post: Probatum est antiquiora esse ecclesiæ Sacramenta, nunc cognosce potentiora. Reuera mirabile fuit, quod deus manna plueriṫ patribus, sed tamen qui illum panem manducauerūt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis viuus qui descendit de cœlo, vitę æternæ substantiā ministrat, & corpus est Christi. Cōsidera nunc vtrum præstantior sit panis angelorum an caro Christi, quæ vtiq; est corpus vitæ. Manna illud est è cœlo, hoc supra cœlum: Illud cœli, hoc domini cœlorum: Illud corruptioni obnoxium, hoc alienum ab omni corruptione. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis e CHRISTO. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum. Iudæus sitit cū bibit, tu cum biberis sitire non poteris. Illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris vmbra est, quantū

Ambrosi.

quantum istud est, cuius & vmbrā miraris? Cognouisti præstantiora. Potior est enim lux quam vmbra, veritas quam figura, corpus autoris quam manna de cœlo. Et paulo post: Accipe quod dico, diuiniora esse Sacramenta Christianorum quam Iudæorum. Iure ergo noua Sacramenta superordinata sunt veterib9, quæ ita eis præminent, veritate, dignitate, potestate & gratia, vt omnia compleant, quæ illis fuerant impossibilia. Quam vere enim Christus seipsum daturus est sanctis ad gloriam in futuro, tam vere ad omnem gratiam dat seipsum ecclesiæ suæ modo, quāuis non ita manifeste, sed sub Sacramento. Si enim sine Sacramenti velamine corpus suum & sanguinem daret, quis sumere non abhorreret? Vt enim superius ait Augustinus & Hieronymus hominem hominē comedere flagitium esset aut facinus, quia interdictū est diuinis & humanis legibus. Vnde etiam discipuli audientes quod carnem suam daret ad manducandū & sanguinem ad bibendum, putantes quod crudum aut coctum aqua, vel veru assum, visibiliter daturus esset seipsum, recesserunt ab eo dicentes: durus est hic sermo. Igit, vt ait Ambrosius, ne plures hoc dicerent, velut quidem esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudine quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ virtutem gratiamq; consequeris. Et vt probemus Christum salubrius sumi cum Sacramento quam sine Sacramento, quid inde prouenriat, modis omnibus attentemus. Aut enim eum viuum sumeremus aut mortuū. Sed sumi mortuum est impossibile, cum sit immortalis. Christus

Augusti. Hierony.

Ambrosi.

enim resurgens ex mortuis, iam non moritur. De cætero, quam vitam ab eo speraremus, quē mortuum sumeremus? Non igitur per partes concisum, vel elixatum, vel assatum, vt illi putabant, possumus eum sumere. Si autē viuum, aut in eo statu quo fuit ante passionem, aut in eo quo fuit post resurrectionem. Sed si in eo statu quo fuit ante passionē, quis deglutire posset hominem triginta annorum viuum & integrum? Quod si etiam fieri posset per eandem potētiam, qua seipsum corpus integrum per integra matris virginalia traiecit, non ergo fides haberet meritū, cui tanta euidentiæ suæ ratio præberet experimētum. Si autem in eo statu quo post resurrectionē est glorificatum ergo corpus suum quale in cœlo est, ostēdēs intolerabilem claritatem suam, oculis intuētium offerret, & non sustineret humana fragilitas. Vnde Augustinus in libro ad Orosiū: Clarificata carne vtiq; Christus resurrexit, sed in ea clarificatione discipulis apparere, quia non possent oculis talem claritatem perspicere. Si autem moreretur & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli eum videre non potuerūt, quāto magis clarificata carne dñi eū videre nō potuerūt? Si autem sua potētia claritati visum nostrū contemperaret, non suo loco aut tempore in contemplatione suæ gloriæ remunerationē suam nobis prę ordinans, meritum auferret, quia amplius laborare non liberet, sicut & Petrus in transfiguratione dixit: Bonum est nobis hic esse, faciamus hic nobis tria tabernacula. Quod vt ait Leo, non erat improbum, sed inordinatum. Vnde ipse Christus filios Zebedæi petentes

tẽtes sibi sedem à dextris eius, vel à sinistris, prius mi-
sit ad laborem quam ad requiem, dicens: calicem me-
um bibetis: quia vidit eis magis expedire, vt per meri
torum ordinem dignius & fructuosius ad præmia ꝑ
uenirent. Quia igitur nec per se Sacramentum, nec ꝑ
se expediebat in sacrificio suo dare corpus suum, sa-
cramentum vnum omnibus legalibus sacramẽtis di-
gnius superordinauit, quo & nobis prædictas incõ-
moditates horroris vel splendoris corpus suum ab-
scondendo auferret, & veritate sui corporis vmbras
& figuras sacrificiorum veterum complendo vt su-
perfluas repelleret, & eis ipsa sui sacramenti figura,
quia plus quàm figura præcelleret. Licet enim Augu
stinus dicat quia Sacramenta in signis diuersa sunt, in
re quæ significatur paria, hoc tamen singulare Sacra-
mentum, dum figura & corpus Christi est, sicut Iohã
nes, quia quod prædixit ostendit, propheta & plus
quàm propheta fuit, ita etiam hoc Sacramentum fi-
gura est & plus quàm figura, significando quidem
par consignificantibus, sed significãs & significatum
existendo, præcellens tantum significantibus. Nec
solum pius dominus vmbras & figuras veteres vt
superfluas superueniẽte nouitate & veritate sui sacrificij
dispulit, sed & multiplicitatẽ Sacrificiorum veterum
singularitate sui sacrificij adbreuians, occupationem
exteriorẽ nobis minuit, beneficiorum gratiam intus
multiplicauit, vno vnico suo sacrificio redẽptionẽ re-
missionẽq; peccatorum faciẽs, profectuq; fidei, cæte-
rarumq; virtutum, ad vitã æternam ꝑducẽs. Sciẽdum
enim ꝙ ideo deus tam multa sacrificia dedit in lege,
vt nul

vt nullum eorum sufficiens esse ostenderet, quia cætera essent superflua. si vnum sufficere posset, vt vnū suum sufficiens magis desideraretur, & interim in eis, & si modicum sentirent suffragium, in eorum tamen multitudine maiori occuparētur exercitio, quo deum discerent colere, & ab idolorum cultura recedere, & certiori tot figurarum instruerentur testimonio, quo futuram veritatem non dubitarent sperare. Egregium igitur & super omnia excellens Sacramētum nobis prouidit deus in sacrificio suo, quo corporis & sanguinis sui veritatem panis & vini qualitatibus tectam abscondit digna causa, ne scilicet infidelibus pateat, & eorum blasphemijs vilescat, ne ve nos iudicent in humanos & crudeles, vt pote humani corporis comestores, & sanguinis bibitores. Fidelibus autem quibus parauit ad salutem, in panis & vini specie & sapore sumendi fecit aptitudinem, ne, vt superius dictum est, si carnis & sanguinis humani colorem videret, saporemque sentiret, humana pietas abhorreret, splendorem autem eius si intolerabili præstringeretur, stuporem mentis incurreret, si glorioso demulceretur, bonorum operum torpore hebesceret. Sicut enim carnalem nobis occupationem abstulit, extirpata multitudine sacrificiorum veterum, vt mentem spiritualibus expediret, ita in vsitatis quibuslibet sacrificij sui circunsubstantijs impedire noluit, quo spiritualius & liberius nos sibi in suo Sacramento vniret. Ne ergo insolita visione mens turbaretur, consuetam suo Sacramento reliquid speciem, vt ad interiora contemplanda puriorem fidei dirige-

remus

remus aciem. Per acceptionem enim huius Sacramẽ ti Christo perfecte vniri & incorporari debemus, & in hac vita conformitate innocentiæ, quantum possumus, & post hanc vitam simili beatitudine quantũ digni fuerimus, nec decet ad exteriora distendi, ad multiplicia dissipari, quos ab omnibus, vt vnum cum Christo sint, oportet recolligi. Quod tamen ecclesiæ suæ deus voluit esse tam fructuosum, non omnimodo voluit esse ociosum, quia dum in mysterio, quod non est apparet, quod est occultatur, fidei lucta proponitur vt meritum augeatur, dum contra hoc quod videtur, credens quod non videtur, de credita intus veritate, de superata exterius falsitate, duplicem assequitur gratiam. Cætera enim Christi miracula cum sint in fidelibus in signum, vt conuertantur, hoc solũ fidelibus datur ad meritum, vt illo erudiantur. In illis quæ deus in extrinseca materia fecit, roboratur fides, in hoc autẽ solo quod ex seipso facit, fides exercitatur, vt victa & inuicta felicius coronetur, victa inquam ne comprehendat, sed inuicta ne diffidat, dũ exteriores quidẽ sensus, obiecta panis & vini specie, colore, odore & sapore, ipsum quod fuerat, mentiendo panem & vinum quod non est nituntur astruere, interior autem intellectus, ipsum quod est corpus scilicet Christi contemplans, nec comprehendere sufficiens, non tamen desistit credere. Hanc credendi facultatem sancti attendentes & cauentes, de hac Sacramentali confectione astruenda diu multumq; laborauerunt, quia non solum inuisibile sed etiam inusitatum esse viderunt, & admirabile, vt inuisibilis sacer-

dos

dos, visibiles creaturas in substantiam suæ carnis inuisibiliter conuertat, & quod terrenum est, cœleste faciat, vt qui pro nobis tanta in se operat, de nobis maiora permittat. Qui enim aquam pro nobis figurate oblatam sicut & vinum pro se oblatum, in veritatē & vnitatem sui sanguinis mutat in suo & nostro Sacramento, quanto magis nos secum faciet vnum in æternitatis suæ præmio? Sed & in tanti mysterij fide, intrinseci & exteriorum sensuum luctam subinnuens

August. ait Augustinus in Sermone de verbis domini: Quid videtis in altari panis & calix ē, quod etiam oculi vestri renunciant, quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus, calix est sanguis. Sed potest animo cuiuspiam cogitatio talis suboriri: domin9 Iesus Christus nouimus vnde carnem acceperit, de virgine Maria scilicet nutritus est, creuit, sepultus est, resurrexit, cœlum ascendit, illuc leuauit corpus suum, vnde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ibi ē modo sedens ad dexteram patris. Quomodo ergo panis corpus eius, vel quod habet calis, quomodo est sanguis eius? Ista ideo fratres dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciē habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. In quo videtur innui, quasi quæratur, cum Christus in humana forma rationabiliter se gesserit, vel natura humana, vel potentia diuina, & in cœlo vsq; ad diem iudicij corporaliter mansurus sit, quis corpus Christi huc deduxerit, vel panem nostrū illuc leuauerit, vt tam subito in corpus CHRISTI mutari possit. Quod quia ineffabile est, quomodo

corpus

corpus Christi hic fiat, & ibi maneat, ad intelligentiã spiritualem & fidẽ talia cogitantes reuocat, quia etsi sciri non potest, credi potest, quia quod videtur, non materiale corpus panis est, sed species corporalis, q̃d autẽ intelligitur Christus est, qui omnia quæcunque vult in cœlo & in terra potest. Sicq; dum exteriorum sensuum testimonio non acquiescit, nec interiore inquisitione comprehendens, de veritate tamẽ non titubat, fit per dei gratiam vt in tali suo agone fides nostra exerceatur, exercendo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Vnde Augustinus in sermone super Iohannẽ. 69. Fides qua eorum, qui deum visuri sunt corda mundantur, quod non videt credit. Nam si vides, non est fides, Credẽti colligitur meritũ, vidẽti redditur præmium. Eat ergo dominus, eat ne videatur, lateat vt credatur, creditus desideretur, desideratus habeatur. Quia ergo in hac perigrinatione nostra, expedit latere Christum vt credatur &c̃. bene igitur Christus sub Sacramẽto dedit nobis seipsum, vt per hoc nobis & fidei meritum, & gratiæ suæ augeat beneficium, dum in terrena quadam, & prorsus stolida panis & vini forma, maiestatem sapientiç verbi dei substantialiter comprehensam, incomprehensibilẽ credere & venerari non erubescimus, quæ quãtitate & qualitate sua ita eius excellentiæ videtur indigna, vt nullatenus etiã existimari debeat, nisi quia ipse est deus, qui omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra, nisi quia etiam caro eius ipsa est cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, vt potestate talis fit in vnitate p̃sonæ in cœlo & in terra, quandocũq;,
quo-

quomodocunq; sibi placuerit. Hac fide ipsum Sacramentum quasi diuinum quiddam adoramus, quasi viuum quiddã & rationabile alloquimur & rogamus: Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis: quia non quod videtur, sed quod vere est, Christum ibi esse credimus.

Cur fides tantopere exigatur in hoc Sacramento corporis Christi.

Caput. IIII.

Quæritur autem, quare fides tantopere exigatur in hoc Sacramento, quia videlicet falsa fide mũdus perijt, quando Adam plus diabolo quam deo credere præsumpsit, dum in ligno scientiæ boni & mali vetito plus sperauit diuinitatem assequi, quę ab hoste promittebatur, quã incurrere mortem quam deus minabatur. Sicut ergo diabolus non vmbram in ligno inobedientiæ, sed ipsum verum & visibilem fructum exhibens promisit id quod non videbatur, scilicet, eritis sicut dij, sic & deus non vmbram, sed ipsum qui in ligno pependit obedientiæ, in suo visibili Sacramento exhibens, promittit vitam æternam quæ non videtur, vt dum in eare plus ei modo creditur quam hosti, vt dignum est, sanet hac vera fide illa perfida fides, contra olim plus diabolo quam sibi iniuste creditum est. Sicut igitur non in ligno vetito, sic nec in Christi Sacramento debet visus aut gustus, sed fidei vigere iudiciũ, quia sicut pomum visu decorum & suaue ad comedendum, cibus vitalis videbatur, & mortem intulit, sic econtrario sa

rio Sacramentum corporis & sanguinis Christi videtur cibus mortalitatis nostræ, cum vere vita æterna sit. Quapropter vtriq; rei media vera fides videtur necessaria, Adæ, vt crederet mortem esse in pomo, & ita vitaret: nobis, vt in Sacramento Christi vitam credamus, & ita eam assequamur. Vtriq; enim ex se contrarium visui effectum parit, illud dum videtur cibus voluptatis & vitæ mortem inferens: istud dum videtur cibus mortalitatis, vitam æternam exhibens. Sicut igitur à Petro post trinam negationem trina confessio repetita est, sic ab homine vt saluari possit, pro perfida fide qua perijt, vera fides exigenda est, quia tantum Sacramentũ nec sine fide potest intelligi, nec nos etiam per illud sine fide saluari.

Cur magis consecretur in pane & vino & aqua corpus & sanguis Christi, quam in cæteris corporũ speciebus. Caput. V.

QVæritur item quare in pane & vino magis consecretur corpus Christi, q̃ in cæteris corporum speciebus, cum cibo mortalitatis non videatur apte vita immortalis designari. Sed sciendum quia Christus in hoc Sacramento non se hoc modo significari voluit, quo se habet cũ patre per naturam, sed quo se habet nobiscũ per gratiam, quia non scilicet quod sit patris sapientia, sed q̃d sit omnium hominum vita, vt sic suam charitatẽ nobis magis erga se accenderet. Vita vero æterna, cum in corporum specieb⁹ nulla perfecta similitudine exprimi potuerit, nulla tamen aptiori quam illa, quæ

aliquo modo vita est, quia humanæ vitæ alendæ & retinendæ congruit. Quia enim temporalis cibus & potus noster vita æterna esse non poterant nec debebant, nomine eorum & specie Christus se significari voluit vitam æternam, & non solum consueta cibi similitudine congrueret in sumendo, sed & eadem cibi similitudine nobis p̃ficeret in sperando, dũ sicut cibus & potus sunt nostra vita temporalis, quam diu deo placuerit, sic & multo amplius ipse panis cœlestis sit vita æterna, quibus ipse voluerit. Et quid mirum si creator creaturæ conferre possit vitam æternam, cũ etiam creatura creaturæ retinere potuerit æternaliter eam? Sicut enim lignum vitę in paradiso positum est, quo æternaliter hõ in corpore viueret, sic Christus in ecclesia lignum vitæ seipsum posuit, vt in se credentibus vita æterna esset, quod non solũ fuit ipsius Christi mysterium, sed & fidei nostræ magnũ firmamentum, quia si hoc creaturæ non viuenti fuit naturale, vt corpori vitam ęternaliter retineret, quanto magis vero ligno vitæ viuentis creatori Christo est omnipotentiale, vt corpori & animæ gloriosius conferat æternaliter vitam? Vnde etiam qui cibo & potu ita viuimus, vt alterutro carere nequeamus, vtrunque in Sacramento suo esse voluit, ne si alterutrum deesset, quasi imperfecto vitæ signo, ipse non plena, sed imperfecta vita signari videretur. Dignum etiam fuit, vt eisdem speciebus quibus alitur & creatur caro & sanguis in quolibet homine naturaliter, consecretur etiam in dominico homine spirituali ter, non solum propter commodiorem aptitudinem sacra-

mentalis perfectionis, sed & vt adiuuetur fides aliqua euidentia similitudinis, quia si panis in carnem, & vinum in sanguinem cuiuslibet transformatur naturaliter, quanto magis si deus voluerit, in carnem & sanguinem suum trasfertur omnipotentialiter? Sed & alijs speciebus non potuit aptius significari in nobis vnitas suæ incorporationis, quam eis quæ in communibus cibis & potibus familiarius & verius solẽt incorporari nobis. Item ipsius ecclesiastici corporis vnitas ad inuicem aptius signatur, quia sicut panis ex multis granis, & vinum ex multis acinis, sic ecclesia ex varijs personis colligitur. Item quia panis & vinum proprie, ꝑprius cibus & potus ẽ, nõ bestiarum sed hominum, ideo CHRISTVS vtriusq; vsus est mysterio, vt singularis & propria hominum crederetur refectio: cui etiam post modum per Apostolos aquam admisceri voluit, qui communis potus est bestiarum & hominum, vt ad vnitatem tanti mysterij pertinere signaret, non solum iustorum, sed & peccatorum, si pœnitere vellent, consortium, vt quod suum erat, ipse per se in exordio Sacramenti prius exequeretur, & nos quod nostri erat mysterij postmodum adderemus. Item autem cibus mortalitatis videri voluit exterius in Sacramento, cum intrinsecus vere vita æterna sit, nostro contemperauit mysterio, vt quia eodem suo Sacramento interius renouamur ad vitam, nec tamen exterius immutamur ad immortalitatis gloriam, ita in suo Sacramẽto nihil exterius immutaret, sicut & in nobis nihil exterius innouaret, cũ

tamen interius idem hoc in nobis inueniremus, quod de ipso crederemus, quia vitam de vita reciperimus. Quia igitur nos necdum apparemus quod sumus, ideo Christus noluit apparere quod est, vt sit desiderabilior, qui tunc quidem apparebit quod est, quando nos apparebimus quod sumus, vt sic gloriosior.
1.Ioan.3 Vnde Iohannes in epistola sua: Filij dei sumus: nondũ apparet quid erimus. Cum autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & nos cum ipso apparebimus in gloria. Sicut ergo in Emaus peregrinis à fide, peregrinus apparuit in specie, sic nobis peregrinis in mundi exilio, peregrina & extranea sibi specie apparet in Sacramento, vt quia quod de nobis exterius apparet mortale est, mortalitatis cibus ipse exterius videatur, cum tamen per ipsum, qui immortalitatis est alimonia, intus vere & inuisibiliter mors æterna sanetur.

Cur sumpto corpore Christi non statim etiam in carne viuamus æternaliter, cum ipsum sit vita æterna. Caput. VI.

Quæritur etiam quandoquidem tantum Sacramentum vita est, cum Christus dicat, qui manducat meam carnẽ & bibit meum sanguinem, habebit vitam æternam, quare nõ statim etiam in corpore per vim tanti Sacramenti viuimus æternaliter, cum ipse non in futuro dixerit, habebit vitam æternã, sed habet præsentialiter. Sed sciendum quia sicut Adæ dictum est, quacunque die ve-

titum

titum comederis, morte morieris, & tamen eadem die nō in corpore sed in anima mortuus est, sic Christus dicit: qui manducat carnem meam, habet vitam æternam, non quod in corpore statim æternaliter viuat, sed vt animam quæ prius in Adam mortua fuit q̄ corpus, per vnitatem tanti Sacramenti resuscitatam astruat, vt scilicet recto ordine, ipsa quæ peccando à deo vita æterna, est diuisa prius fuit mortua, per cōmunionem tanti Sacramenti, iterum coniuncta deo & vnita credatur, & sit rediuiua. Quia enim peccādo Adam à deo diuisus est, ideo deus postmodū in morte corporali, diuiduum eum fecit à seipso, vt in corporis & animæ diuisione cognosceret, quia ipsa eius anima deo qui vera vita est, non adhæsisset. Quia igitur mors exterior, mortis intrinsecæ tam erat figura quam pœna, ideoq̄ hinc terrendo, hinc monendo erat quędam ipsius culpę medicina, si deus prius abstulisset pœnam medicinalem, quam culpam mortiferā incurabiles nō redderet, quia ablata pœna, magis cō delectaremur culpæ, & ita culpa vigente & obstante, nullus diuinæ relinqueretur locus gratiæ. Cum igitur culpa mors sit animæ, interim punienda erat per temporalis mortis molestiam, & sic sananda per gratiam, vt interim in regno mortis amaritudo passionū & laborum peccata excoquens purgaret, & ita gratia cœlestis virtutum germina, quo liberius eo vberius inserens, nos vitæ æternæ reformaret. Propter peccatorum igitur excoctionem & purgationem non erat interim mors temporalis auferenda, sed ęterna, ne aut immundi aut impuri requiem obtineremus il-
 licitā

licitam:aut imbelles aut immeriti, iustitiæ recipe- remus mercedem nobis indebitam. Non enim esset diuinæ discretionis æquitati condignum, vt vel sociata sibi peruersorum immunditia, suam fu- scaret puritatem, vel immeritorum ignauiam re- munerans, nullo magis merito homini quam lapidi tantæ suæ gloriæ largiretur dignitatem. Ne itaque peccati obstinatiõe incurabiles fieremus, magna sua gratia mortem non abstulit temporalem, ne in æter- num moreremur, vitam æternam distulit, vt maiori etiam merito, maioriq́ fructu reciperemus, quia pro certo nisi ita esset, ad fidem Christi omnes conuola- rent, tantummodo propter præsentis vitæ æternita tem, & ita dum tantæ securitatis tempore non exer- centur ad bonum, futuræ gloriæ Christianis amit- terent lucrum. Vnde etiam deus Adę misericorditer prohibuit lignum vitæ dicens: Videte ne forte sumat de ligno vitæ, quia si ille qui in anima perierat per li gnum inobedientiæ, viueret etiam in carne æternali- ter per concessum lignum vitæ, ex toto perisset, dum carne æternaliter viuens, & in anima peccando æter naliter moriens, incurabilis esset, vt dæmones, vel etiã am post hanc vitã cum carne victuri æternaliter ma- li homines. Mali etiam in corpore vitam æternã ha- bebunt, quam tamen magis mortem dixerim, quia deo qui vere vita est, non placebunt, & ideo sine di- uina gratia misera erit æternitas, quia æterna mise- ria.

Cur temporalibus meritis æterna retributio fiat. Caput. VII.

Quæri

QVæritur iterum, quare æternitas felicitatis vel pœnæ retribuatur temporalibus meritis, reatus vel iustitię. Ad quod respondendum est, quia deus non temporalem actionem, sed perpetuam boni vel mali remunerat vel damnat voluntatem, quæ si in æternum viueret, in æternum in suo proposito permaneret, ideoq; iustè æternitatem retributionis æternitati voluntatis appendit. Vnde etiam cum, vt ait Apostolus. passiones huius temporis non sint condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quia si ab initio mūdi vsque ad finem, non modo quis pro deo laboraret, sed & pateretur, non tamen esse condignum, vt hoc temporali commertio æternitatem mercaretur, ne tamen malis diutius liceret peccare ad maiorem sui pœnam, ne etiam bonos in mundi exilio tæderet viuere, si nimia fieret eis dilatio ad gloriam, breuiauit deus humanæ vitæ dies propter electos, ne prauorum afflictione, vel nimio suo labore deficerent. Sed & ne minutio temporalis laboris aliquid æterni præmij videretur dispendium, ipsius præcursoris sui vitam quo nemo maior ipso teste surrexit, triginta duorum & semis annorum esse voluit, sui etiam ipsius, qui super omnes est, eodem num ro consummauit, vt quia deus non curat ex quanto tēpore, sed ex quanto corde sibi seruiatur, perfectionem meriti non tempori ascriberet, sed virtuti. Ecce eñ in tantillo tēpore plenā obedientiā patri seruauit, q̄d nullus ab origine mūdi facere potuit. Et qs diuti⁹ eo vixisset, si tēpis diu

turnitatem,& non virtutem meritorum perfectioni sufficere vidisset? Sed & quomodo Iohanne nemo maior surrexisset, cum Abraham Isaac & Iacob & cęteros quã plures in obsequijs diuinis diutius laborasse monstretur? Sed euidens est pro certo, quia etsi plures eo laborauerunt diutius, nemo frequentius & purius, qui tempore iuuentutis suæ inuentus est in tentatione fidelis & fortis, quo caro spiritui magis est rebellis, in tantum, vt etiam Herodem increpare non metueret in carcere, quia fratri suo vxorem suam pręsumpsisset tollere.

Cur panis in carnem, & vinum in sanguinem per se consecrentur. Caput. VIII.

QVæritur quoq; quare panis in carnem, vinũ in sanguinem per se cõsecrent̃, & illud per se caro, & illud ꝑ se sanguis dicat̃, cũ in carne totus Chr̃s, & in sanguie tot⁹ Chr̃s sumi credat̃, nec t̃n duo Chr̃i, sȝ in vtroq; vn⁹ sol⁹ Chr̃s. Ad q̃d respondet̃, quia iste mos inoleuit in ecclesia ab ipso Christo, qui corpus suum & sanguinem consecrauit, & dedit non ad diuisionem substantiæ suæ, vt illi duos Christos acciperent, cum in vtroq; vnum Christum acceperint, sed ad discretionem figuræ, vt panis cum dentibus teritur, carnem Christi in passione attritam, & dum vinum in ora fidelium funditur, sanguinem de latere Christi fusum signaret. Sed nec ideo corp⁹ & sanguis per se dicitur, quasi corpus exanime, & sanguis effusus & diuisus à corpore credi debeat, cum vtrunque

vnus sit Christ⁹, immortalis, indiuisus, sed in memoriam passionis eius ita dicitur, quia in ipso Sacramento mortem Christi annũciare debemus. Vnde etiam aqua in Sacramento admiscetur, non solum vt capiti suo Christo, populum ecclesiasticum vniri significet, sed etiam vt aquam quæ de latere Christi cum sanguine fluxit, repræsentet. Dicuntur autẽ duo diuersa Sacramenta panis & vinum, quantum ad diuersas suas species, cum tamen sint vnum, quantũ ad vnam eandem suam significationem. Vnde Augustinus sacrificium ecclesiæ dicit duobus confici, duobusq́ constare, vno scilicet Sacramẽto, quia panis & vinum idem significant, & vna re Sacramenti, quia corpus & sanguis vnus est Christus. Alioquin nõ duobus, sed quatuor constaret ecclesiæ sacrificium, essentq́ sicut duo Sacramenta panis & vinum, sic duæ discretæ res Sacramenti, corpus & sanguis, quod est impossibile, cũ Christi corpus non sit exangue & mortuum. Ideo etiam corpus & sanguis diuisim in Sacramento videntur, vt quia Christus pro nobis mortuus est, nos qui corpore & anima perieramus, corpus per corpus, & animã per animam redimens, corpus & animam suam pro nostra redemptione in morte diuisa fuisse signetur, dũ corpus eius in sepulchro iacuit, anima vero ad liberandas sanctorum animas ad inferna descendit. Cũ igitur in tali mysterio corpus per corpus, anima autem Christi significãda esset per aliquam visibilem speciem, nihil inuentũ est in creaturis, per q̃d vicinius & aptius repræsentaretur, quam per sanguinem, qui ẽ sedes animæ. In quo etiam vt signetur ani

mas nostras & corpora, animæ Christi & corpori v-niri & conformari debere, simul corpus & sanguis sumitur à fidelib⁹, vt sumpto corpore & anima Christi, toto Christo totus homo, in anima & corpore cõuiuificetur, dum ipsa caro Christi, vt dictum est, non exanguis & mortua, sed viua & viuificatrix creditur. Vnde vt ait Augustin⁹ nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur. Itẽ Gelasius Maiorico & Iohanni Episcopis. Comperimus quod q-dam sumpta tantum corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstineant, qui procul dubio aut integra Sacramenta accipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnius eiusdemq́ mysterij, sine grandi sacrilegio non potest prouenire.

Gelasius.

Cur corpus Christi magis consecretur in pane cãdido, quam nigro, vel cuiuscũq; coloris, cum sanguis consecretur in cuiuscunq; coloris vino.

Caput. VIIII.

Quæritur autem quare in candido pane consecretur magis corpus Christi, quam in nigro, cum sanguis cõsecretur in vino albo vel rubeo, vel cuiuscunq; coloris. Pane quidem cuiuscunq; annonæ siue coloris perhibetur fieri corpus Christi, si necessitas fuerit, sed decet reuera eum candidissimum esse & mundissimum si facultas non defuerit, qui transferri debet in splendidissimũ corp⁹ immaculati agni. Sicut enĩ mucor & vetustas in tali sacramẽto plubẽt ne irrogẽt sumẽtib⁹ fastidiũ, sic in eo nihil debet eẽ q̃d sumẽdi minuat desideriũ.

Cur

Cur magis consecretur corpus Christi in pane azymo, quam fermentato. Caput. X.

ITem quæritur, quare in azymo pane consecretur Christi caro magis, quam in fermẽtato, vel fecato, cum sanguis consecretur in vino seu defecato & puro, seu cum fece, vt musto de racemis statim expresso. Quare igitur fex vel fermentum in pane refutatur, cum recipiatur in vino, quo idem Sacramentum cõficitur? Vt ergo supra dictum est panis & vinum vnum Sacramentum est, quia in vtroq; vnus Christus est. Vtrum ergo ex azymo an ex fermentato pane corpus Christi confici debeat inter Latinos & Græcos magna concertatio est, in tantum vt illi istos Azymitas, isti illos Fermentarios quasi cuiuslibet hæresis notent vocabulo. cum tamen in multis bonis catholicis videtur, non sit contra fidem Christianam, seu azymum seu fermentatum sacrificetur, cum quia vtrunq; panis est, & sicut vtrunq; vitam transitoriam sic corpus Christi dat æternam, tum quia etiam quamuis Christus de azymo pane corpus suum fecerit, forsitan non quia res quæ fiebat hoc exigebat, sed quia cœna in qua hoc factũ est, panem alium non exhibebat panem tamẽ fermentatũ non prohibuit. Quamuis enim in veteri lege præceptum ẽ azymum panẽ in pascha comedi, vt per eum figuraretur Christus syncerus & mundus fore, & nos etiam qui manducaturi eramus corpus eius, similiter moneremur purgari ab omni fermẽto malitiæ & nequiciæ, figura tñ tali in pane illo nõ indigemus, de q̃ car

nem

nem Christi conficimus, quia qui de figura veteri ad veritatem transiuimus, azymã & puram carnẽ Christi in quocunque pane consecrato sumimus. Astruunt etiam quia sicut ad inuocatiõem diuini nominis, quæ in nullo Sacramento adnullari creditur, sed sola per dei gratiam omnia in omnibus operatur, nõ obsunt vel prosunt sacerdotum merita, quo min⁹ vel magis fiant ecclesiastica Sacramenta, sic nec color, nec species aliqua panis & vini obest vel prodest, quo minus vel magis corpus Christi fiat, dum tantummodo sit panis & vinum, quorum substantia, vt Christus præcepit, in substantiam corporis Christi & sanguinis trãseat. Dicunt tamen Græci Latinos iniuste azyma immolare, cum azyma veteris testamenti sit, & Christus omni vetustate ablata, vtpote præsente veritate saluti humanę superflua, non in azymo, sed fermẽto nouum testamentum instituerit. Contendunt enim quia nouum testamentum non perfecte instituisset, nisi omnino vetus tam in azymis, quam in cæteris suis ritibus destituisset. Detestantur autem Latinorum sacrificia, quia in eis ipsos iudaizare reputant, immolãdo azyma. Dicunt contra Latini, Christum in azymo pane nouum testamentum instituisse, quia cum. 14. luna ad vesperum vetus testamentum compleuerit, & nouum instituerit, fermentatũ in cunctis finibus Israel inueniri non licuit, quapropter quia cœna ipsa in qua hoc factum est panem tantummodo azymũ exhibebat, azymo pane nouum testamentum instituit. Quod si Christus non iudaizando fecit, quis non eũ imitãdo iudaizare dixerit? Sed opponũt Græci, Christum

stum fermentatum panem mirabiliter sibi exhibuisse, sicut de quinque panibus legitur quinque millia hominũ pauisse. Econtra Latini: Quia hoc miraculum eum fecisse non legitur, licet potuerit, quod tamẽ fecerit nul la autoritate firmatur, præsertim qui eotenus ita legẽ seruauerat, vt ex ea nec iota vnum soluere voluerit. Quia enim natus ex muliere, factus sub lege, debitor legis extiterat, si eotenus legem soluisset, legem transgrediendo peccator fieret, causaq; nostræ salutis periret. Nisi enim omnino innocens & mundus pro nobis immundis & iniustis occumberet, non alienæ, sed suæ culpæ debitũ moriendo solueret, & sic Adæ peccato non deleto, regnum mortis æternæ non cessaret. Cum enim de obseruantia azymorum lex dicat, quicunque fermentatum comederit, peribit anima illa de Israel, iustam occisiõis suæ causam Iudæi inuenissent, si eum vt legis transgressorem punirẽt. Qui enim aduersus eum tot falsos testes subornauerunt, proditore ipso qui cœnæ interfuit deferente, tam iustam causam non reticuissent. Opponunt Græci, quia etsi ante passionem legis debitor fuit, post resurrectionem legi nihil debuit, quia vt ait Apostolus: Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur, quod enim viuit, viuit deo. Quoniam igitur post resurrectionẽ non legi sed deo viuit, ideo ipse nil iam legi debens, baptismum nouæ gratiæ, q̃d ante non fecerat, in remissionem peccatorum, non Iudæis tantũ, sed omnibus gentibus prædicari & præstari instituit. Vnde etiam astruunt, quia etiã si Christus panem azymum consecrauerit, non tamen imi-

tand· m

tandum sit in ipso nec sicut circuncisionem cum baptismate, nec celebrationem veteris paschæ cum nouo vsurpamus, quamuis ipse vt mediator noui testamenti ac veteris, illud complendo, istud instituendo, peragere sit dignatus, quia ante passionem quidem, aliqua noui testamenti ac veteris pro sua dignitate rite perfecit, sed post resurrectionem om͞i legalis vetustatis vmbratica superfluitate remota, solius gratię veritatem omnibus instituit. Dicunt econtra Latini, quia reuera hoc salubriter imitandum est in ipso, q̃d ecclesiæ suæ faciendum tradidit, exẽplo, testimonio, præcepto. Cum enim dixisset panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita, azymum panem benedixit, fregit & dedit, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, & addidit: hoc facite in meam commemorationem. Cum ergo testatus sit azymum panem corpus suum factum, & sine exceptione præceperit, hoc in sui memoriam faciendũ esse, quis attestante deo nõ credat azymum panẽ corpus Christi fieri? quis ad hoc idẽ faciendum non obediat præcipienti, sub exemplo idem faciendi? Si mortiferum sciffet Christus fidelibus suis fore de azymo corpus suum conficere, sicut cętera peccata ne hoc faceremus interdixisset, vel sal tem facere non pręcepisset. Nunc autem cum dixerit hoc facite, & azymum non exceperit, quis audet excipere quod ipse non excepit, aut quis audet prohibere, quod ipse in Sacramẽto suo nõ prohibuit? Sed ipse faciens, nos hoc ipsum facere pręcepit. Cum dicit, hoc facite, cõuenienter subauditur, quod ego, quis æque competenter subaudire audeat, sed

at, sed non de hoc vnde ego? Item si mutandum est fermentato azymum, mutetur etiam quolibet alio liquore vinum. Si enim vinum recipitur, cur azymum refutetur, cum sicut ex azymo, sic ex vino C H R I S T V S vetus pascha finierit, & nouum inchoauerit, & vtrunque nobis in Sacramento suo æque celebrandum tradiderit, Iudæi autem æque vtantur in suis ceremonijs vino, sicut & azymo? Hoc vtique Christus faciens, non fecit tantummodo vt præceptum de azymis in pascha seruaret, sed etiam vt fermentarios, quos præuidebat, reprobans, azymitas approbaret, aut certe si etiam fermentarij approbarentur, ipse azymita, azymitas præponeret. Si enim diuina Sacramenta per eas elementorum species, quæ digniores sunt, celebrare debemus, quem panem digniorem existimabimus, quam eum quem & vetus lex ad significandam, & Euangelium elegit ad exhibendam dominici corporis veritatem. In lege azymus panis afflictionis dicitur, vt per hoc etiam nos, qui memoriam passionis C H R I S T I in Sacramento recolimus, animas nostras affligere doceamur. In gratia etiam (vt ait Apostolus) non fermento veteri, sed in azymis synceritatis & veritatis epulari monemur, vt per azymum synceri & puri esse debere signemur. Quid igitur ad conficiendum Christi Sacramentum dignius quam illud, quod & veritate & figura, salutem omnimodis operatur? Nec tamē figuris vtentes iudaizare putandi sumus, quia licet in hoc idem faciamus quod Iudæi, non tamē eadem causa facimus qua ipsi, quia non facimus vt Iudaismum seruemus, & cū

ipsi suis figuris futura tantum portendant, non Christum per azymi figuram qualemcunq; futurum significamus, sed potius quod sine fermento, id est, infectione peccati fuit ille cuius corpus immolatur, repræsentamus, & nosipsos secundum Apostolum, vt epulemur non in fermento maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis admonemus? Cum ergo nos Christum non talem futurum vt Iudæi, qui figurant futura & expectāt, sed fuisse purum, vt Christiani significemus & nos tales fieri qualis ipse est, moneamus in azymo, frustra nos reprehendunt Græci, nisi forte velint, vt quia vetera transierunt, in quibus futurorum vmbræ necessariæ erant, nullis figuris vtantur Christiani: Vbi est quod ait Apostolus: Consepulti sumus cum Christo per baptismum in morte, si baptismus non est nobis figura mortis Christi & sepulturę? Sed forte non eisdem nos vti volunt figuris, quibus illi vtuntur in suis ceremonijs, sed si eisdē vetatur azymum quia eo vtuntur Iudæi in ritibus suis, ita etiam eorum vetetur fermentatum, quia etiam eo vtuntur Iudæi in sacrificijs suis. Vnde in Leuitico: Offerret panes fermentatos cum hostia gratiarum, quę offertur pro pacificis. Itē in eodem: In Pentecoste offeretis panes primitiarum de duabus decimis similæ fermentatæ. Quia ergo nulla ratio cogit vt azymum à Christi sacrificio repellatur, dignum est, vt quod Christus instituit, omnis autem ecclesia præter Græcam à primordio sui ex traditione principum ecclesiæ, Petri scilicet & Pauli, celebrauit, indesinenter conseruit, donec Christus ad iudicium veniat, sicut

ipse

ipse instituit. Si enim quia Apostolus ait, vetera transierunt, ecce omnia facta sunt noua, credantur transisse omnia, & perijsse veteris testamenti instituta, vbi est dilectio dei & proximi, vbi sunt præcepta decalogi, vbi est ordo Leuitarum & sacerdotum, dedicatio altaris & templi? Hæc omnia ab illis ad nos non deficiendo sed proficiendo transierunt. Encænia, pascha, penthecostē, quadragesimam, quia in veteri lege instituta sunt, celebrare non desistimus. Pontifices, sacerdotes, leuitas, reliquosq́ ecclesiasticos ordines, ad exemplum veterum instituimus, & cętera q̃ plura in hūc modum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

D. ALGERI DE SACRAmentis corporis & ſanguinis Chriſti LIBER TERTIVS.

Quod ſancti quibuſdam ſuis autoritatibus videantur aſtruere, hæreticorum ſacramenta eſſe irrita, & noxia.

Caput. .I.

DE PECCATORIBVS miniſtris, ſed tamen eccleſiaſticis, quod vera & rata Sacramēta celebrent aſtruximus, nunc de extra eccleſiam peccatoribus, hæreticis ſcilicet & ſchiſmaticis, quamuis non rata, ſi ſaltem vera ſunt quæ celebrant, videamus, maxime quia ſancti aliquibus in locis ea ſacramenta eſſe negant, & potius ea ſacrilegia vocant. Et quia de corpore & ſanguine domini, quod præſentis ē negocij, maior eſt dubitatio de ipſo, ipſo auxiliante, ſed & de cæteris, præſens fiat diſputatio. Poſitis ergo autoritatibus, quibus ſancti hæreticorum Sacramenta deteſtantur tanquam irrita, & quantum ad ipſos noxia, ſubiungamus autoritates & rationes, quibus aſtruantur, quātum ad deum, vera & ſancta.

Auguſt. Ait Auguſtinus: Extra catholicam eccleſiam veri ſacrificij locus non eſt. Pelagius papa Viatori & Pancratio inter cætera: A ſchiſmaticorum Sacrificijs, po-

tius autem sacrilegijs, abstinere debetis. Item idem ad eosdem: Non est corpus CHRISTI quod schismaticus conficit. Item Augustinus in Enchiridio: Sed quæ ad Christum pertinent cogitentur, nominetenus inueniur Christus apud quoslibet hæreticos, re autem ipsa non est apud eos. Item Cyprianus: Constat oleum vnde baptizati vnguntur sanctificare & eucharistiam apud illos fieri non posse, vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi omnia per mēdacium geruntur. Item Ambrosius in libro de iniciandis rudibus: Non sanat baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit, quia in harum diluuio aquarum ad deum non approximabunt. Itē Hieronymus in Aggæo propheta: Omē quod fecerint hæretici, vel quod mihi obtulerint, vel vota vel cætera, contaminata erunt inconspectu meo. Quamuis enim sancta videatur specie quæ offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est, polluentur omnia. Item Gregorius in dialogo: Superueniente paschalis festiuitatis die ad Ermgildum perfidus pater Arianum episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perceperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo dilectus, eius à se perfidiam dignis increpationibus repulit. Item idem: Cur non perpenditur quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Item: Sacerdotium illic sustinere non arbitror. Itē Cyprianus: Ad hęc omnia accedit etiam illud malum, vt antistes diaboli audeat eucharistiā facere,

Cyprianus.
Ambrosi.
Hierony.
Gregorius

cũ nec sanctificari illic oblatio possit vbi spiritus sanctus non est. Et paulo post: Falsa altaria & illicita sacerdotia, & sacrilega sacrificia, & omnia adulterata fingentes, inter ethnicos & publicanos computentur omnes, quos constat à charitate atque vnitate ecclesiæ catholicæ recessisse. Ergo omnia quæ faciunt hæretici, carnalia sunt, inania & falsa. Non statim suscipienda & assumenda sunt, quæ iactantur in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, & impetrare aliquid à deo possunt, qui contra deum quod eis non licet moliuntur? Item Gregorius in moralibus: Hæreticorum sacrificia deo accepta esse nequeunt, nisi pro eis vniuersalis ecclesiæ manibus offerantur. Item idem: In vna namque domo agnus comeditur, quia in vna catholica ecclesia redemptoris immolatur. His omnibus autoritatibus videntur sancti astruere, extra ecclesiã ab hæreticis vel schismatibus corpus Christi confici non posse, cum nec Christus nec spiritussanctus, per quem omnia sanctificantur, sit apud eos, & ideo offerant sacrificia sacrilega, inania & falsa. Ad hoc etiam accedit, quod cętera Sacramenta forma sunt tantum & figura suorum effectuũ, nõ ipsa veritas, possuntque apud hæreticos vera quidem dici quantum ad formam, & inania & falsa quantum ad effectus gratiam, quam apud eos non conferunt. Sed Sacramentũ corporis Christi cum nullatenus sit sine corpore Christi, si verum est apud hæreticos, nullatenus est inane & falsum apud eos, quia vbicunque est Sacramentum & corpus Christi, ibi & Christus, qui non est inanis

& falsus sed semper verus. Si ergo sacrificium eorũ est sacrilegium, cũ Christus sit sacrificium, ergo Christus est sacrilegus. Si non est acceptum deo, ergo filius in quo sibi pater complacuit, patri non est accept⁹. Si non est accipiendum & assumendum ab hominibus, ergo ille qui adorandus est ab angelis, est ab hominibus reprobandus & respuendus. Quod de Christo, qui agnus immaculatus est, sentire est nephariũ, vt alieno scelere aliquatenus eum credamus contaminandum, qui omnia peccata solus pertulit & abstulit. Ne ergo aliquatenus de eo credatur hoc inconueniens, consentiunt Pelagio, quod non sit corpus Christi, quod schismaticus conficit. & Cypriano, quod apud hæreticos eucharistia fieri non possit, voluntq; inuocationem diuini nominis, quam Gregorius sacrilegam consecrationem vocat, in hoc irritam dici, quia Cyprianus dicit, non statim suscipi debere, quæ iactant in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate, vt dum omnino nihil esse astruunt quod hæretici conficere videtur, ignominiam illam à Christo auferant, quam sancti de sacrificijs, vel cæteris hæreticorum Sacramentis attestantur.

Quod solius dei omnia Sacramẽta facere semper vera & sancta quantum ad ipsum.

Caput. II.

Sed si ita est credendum quam late pateat inconueniẽs videamus. Primum inuocationem diuini nominis in Sacramentis suis annullari, credere nephas ẽ. Ait enim Augustinus ad Par-

menianum. Sacrificia, inquiunt, impiorum execratio est domino. Etenim inique offerunt illa. Et post pauca: Sacrificia ergo impiorum eisipsis oberunt, qui offerunt impie. Nam vnum idem sacrificium propter nomen domini quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale vnicuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Item idem in homilia super Iohannem octuagesimo: Vnde ista tanta virtus est aquę, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Itē ad Donatistas: Si deus adest Sacramentis & verbis suis, per quoslibet administrentur, & Sacramenta dei vbiq; recta sunt, & mali homines quibus nihil prosunt, vbiq; peruersi sunt, id est, intus & foris. Item: Ergo non foris, sed nec intus quisquam qui ex parte diaboli est, potest in se vel in quoquam macalare Sacramentum quod Christi est. Quomodo enim posset maculare malus quod nō potest consecrare, vel meliorare bonus quod solus efficit Christus & nullus alius? Si enim alius efficeret, iā ad Christum non attineret. Sed quod bonū sine summo bono esse posset? Quamuis ergo omnia Sacramēta Christi dicantur & ecclesiæ, non tamen ita in eis ecclesia Christo, quasi par, conferatur, sed vt particeps Christi gratiæ astruat, vt & solius Christi sint, quantum ad potestatem qua fiunt: & ecclesiæ, quantum ad vtilitatem quam conferunt, & in eis, & ille suam exhibeat gratiam, & illa suam suppleat indigentiam. Sciens enim Iesus vel peccata hominū impedire, vel merita non sufficere ad vitam, sacramentorum suorum adhibuit gratiam, vt ecclesia quo minus habet in me-

ritis, diuinis credens suppleri Sacramentis, quanto in sua imperfectione esset humilior, tanto in superabũdantia beneficiorum eius fieret perfectior. Quod ergo suis Christi gratia reseruauit priuilegijs, nihil debere voluit ministrorum meritis vel officijs, sed quod suum est, ita fecit sibi libere liberum, vt nec eorum dignitate sit melius, nec indignitate deterius, vt vel boni diuino operi superaddidisse videantur, tanquã deo meliores, vel mali minuere, tanquam contra deũ fortiores, vel tanquam sint ipse deus, suum omnino deputare quod omnino diuinum est. Ne ergo sacramẽta ecclesiæ bonorum vel malorum hominum, sed solius dei esse astruantur, apud omẽs indifferenter quãtum ad se, vera & sancta esse creduntur, vt cum apud omnes ab eodem eadem sint semper, sic deus incommutabilis seipso nunquam peior vel melior est, sic & sua Sacramenta incommutabiliter apud omnes eadem, nunquam seipsis sint peiora vel meliora.

Quod Sacramenta Christi pro meritis ministrorum fieri credenda non sunt, ne pereat vnitas Sacramentorum & ecclesiæ.

Caput. III.

SI enim pro meritis ministrantium apud hos vel melius vel peius fieri putarentur, iam non Christi gratiæ, sed eorum meritis ascriberentur, & cum quilibet nunc peius, nunc melius, non idem sed diuersum fit, iam non staret vnitas baptismi vel corporis CHRISTI, quia ba-

ptismus in his vel illis melior vel peior, esset diuisus, & similiter corpus Christi diuisum. Si enī à malo mala, à bono bona, à meliori meliora fierent Sacramēta, nonne pro varijs meritis hominum, varia essent baptismata, & Christi corpora? Et si multa corpora Christi, ergo non vnus, sed multi Christi, nec vna ecclesia, sed multæ, quod est nephas. Et quia cō stat multos Christos non esse, de vnitate baptismi & ecclesiæ videamus, vt de maiori magis pateat, quod de mino-
August. ri Sacramento probabitur. Ait enim Augustinus super Iohannem homilia sexta: Per hanc potestatem quam Christus solus sibi retinuit, & in neminem ministrorum transfudit, quamuis per ministros baptizare dignatus sit, per hanc stat vnitas ecclesiæ, quæ significatur in columba, sicut dictum est: Vna est colū-
Cant. 6. ba mea, vna est matri suæ. Si enim transferretur potestas à domino ad ministros, tot essent baptismata quod ministri, & non staret vnitas baptismi. Quamuis ergo baptizent iusti vel iniusti, non tribuitur sanctitas baptismi nisi illi, super quem descendit columba, de quo dictum est: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Petrus baptizet, hic ē qui baptizat: Iudas baptizet, hic est qui baptizat. Nam si pro diuersitate meritorum baptismus sanctus ē, quia diuersa sunt merita, diuersa erunt & baptismata. Sed quomodo cū baptizat bonus & melior, non ideo iste accipit bonū & ille melius, sed vnum est & æquale quod acceperūt, sic & cum baptizat malus, quod datum est vnum ē, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter hic est qui baptizat. Sed ne putetur di-

ctum de his malis, qui vel ignorantur aut tolerãtur in ipsa ecclesia. ait Augustinus ad Cresconium grammaticum: Si quæris quomodo baptizent quos dãnauit ecclesie, respondeo, sic eos baptizare, quomodo baptizant quos damnauit deus, antequam de illis quicquam iudicaret ecclesia. Itẽ si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo est malus qui per malum datur, quia idem baptismus datur, & ideo inter dispares ministros dei munus æquale est, quia nõ illorum, sed eius est. Item idem in libro quinto de baptismo cap. 204. Etiam corde tardiores intelligunt baptismum Christi, nulla peruersitate dantis vel accipientis posse violari. Item idem in. 6: Illud & in homine iusto, & in homine iniusto semp sanctũ est, quod neq; alicuius æquitate augetur, neq; alicuius iniquitate minuitur. Item idem in libro tertio de vnico baptismo: Catholica ecclesia proterea nõ debet iterare baptismum qui apud hæreticos datus est, ne indicare videatur ipsorum esse quod Christi est, aut non habere eos, quod intus cum acceperint, amittere vtiq; foras exeundo non possunt. Vnus igitur idemq; baptism᷑ Christi est apud oẽs, bonos scilicet & malos, damnatos & non damnatos, hæreticos & non hæreticos, ita vt per dispares ministros, munus dei semper æquale sit, quia non illorum, sed eius est, nec peius nec melius quantum ad sanctitatẽ, nec magis nec minus quantum ad veritatem, non à dante vel accipiente violatum, non recedenti ab ecclesia amissum, non redeunti iterandum, vt in quo nullius momenti omnia ho-

minũ iudicantur merita, sola dei valere credatur gratia. Si enim pro meritis suis ab ecclesia recedẽdo possent amittere, pmanendo obtinere. quod ipsi sibi possent conferre vel auferre, ipsorum non dei videretur esse. Item quod recedenti esset amissum, redeunti esset iterandum, fierentq; duo baptismata, quibus bis renasceretur spiritualiter, semel natus carnaliter. Item si quod fit apud hæreticos non est Sacramentum, quod cum illis refutatur, ipsorum non Christi esse iudicatur. Item annullatur apud eos inuocatio diuini nominis, iteranda vt valeat à catholicis, sicq; gratia dei iam quasi per se impotens, quod valet hominum meritis debet, iam vbi non vult libera non gratuita, sed meritis hominum obnoxia, dum apud hæreticos nihil sine meritis, apud catholicos autem operatur tantum pro meritis, & ita gratia iam non est gratia. Vnum igitur idemq; apud omnes in sua veritate credẽdum est esse baptisma, vt catholica maneat in sua vnitate ecclesia. Sicut enim vnus est pater noster qui est in cœlis, sic & sponsa eius mater nostra ecclesia vna est quæ generat, sic & vnum baptisma quo generat, quia licet diuersæ sint aquæ diuersis locis & temporibus, non tamen confitetur nisi vnum baptisma in remissionem peccatorum, quia teste Apostolo, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma: Similiter & diuersi baptistę tot patres regenerare crederentur, esset regeneratio generatione deterior. Generatio enim carnalis ab vno homine cœpit, ne contra se humana propago erigeretur, & à se diuideretur per superbiam, si non ab vno, sed ab isto & ab illo melius & peius habuisset origi

riginem primam. Qua multo deterius regeneratio spiritualijs non ab vno deo, sed ab isto & ab illo melius vel peius fieret, si tot patres quot baptistas haberet. Secunda autem generatio nihil amplius conferēs quam prima, non cœlestis sed terrena, sicut & prima diceretur, filijq; ecclesiæ terrenis patribus renati, quia filij dei non essent, nec hæredes dei, nec cohæredes Christi fierēt, quia in regeneratione sua tanti patris nobilitate & hæreditate orbati essent. Ecclesia etiam diuisa tot patribus, variorum schismatum confusione periclitaretur, dum ego Appollo, ego autem Cephæ, ego autem Pauli ab om̄ibus adulterinis filijs, quasi in diuisionem Christi perstreperetur. Et quæ esset charitas vbi non esset vnitas? Cum igitur radix omnium bonorū sit dilectio, ecclesia sine dilectionis vnitate omnium bonorum priuaretur & merito & præmio.

Quod deus pretiosa Sacramenta in non pretiosis speciebus posuit, non vt essent vilia & abiecta, sed gratuita. Caput. IIII.

Ne ergo ecclesia tot patres habere videatur, quibus vnitatem suam dissipet, & à nobilitate cœlesti degeneret, omnia Sacramenta solius dei creduntur esse, quæ quàm gratuita, quàm vtilia, quamque magnifica fecerit, studeamus perpendere, vt cum viderimus de quantulis rebus, quanta ecclesiæ suæ conferat, si solius dei sint ipsa, & per ipsa operari manifestum fiat. Omnes Sacramentales species natura vel quantitate sua

iat nul

ita nullius æstimationis sunt in pretio, vt ad sacramẽtalem dignitatem nullo suo assurgere videantur priuilegio, non quod dum naturali similitudine sua effectus sacramentalis prætendunt vmbram vel imaginem, ad similem sancti spiritus gratiam percipiendã magis accendunt & certificant fidem. Verbi gratia: In quatuor speciebus ecclesiæ Sacramenta magis consistunt, aqua scilicet, oleo, pane & vino. Aqua licet omnibus sit necessaria, nulla tamen sua venalitate est preciosa. Oleum vero, panis, & vinum in Sacramento, ita paucitate sua effugiunt precij quantitatem, vt nullam nisi in spirituali gratia sibi vendicare videantur vtilitatem. Quod tamen nõ ideo fecit deus, vt qa sacramenta sua specietenus venalitati non sunt idonea, magis vilia videantur & abiecta, sed magis gratuita, vt dum in eis nihil videtur valere, nisi quod suum est, omnes de eis sibi soli haberentur gratiæ, qui in suis beneficijs nostram abstulit expensam, negrauaremur, suam cõtulit incomparabilem gratiam vt hilarius iuuaremur. Si enim in quibuslibet præciosioribus speciebus Sacramenta sua deus instituisset, quæ natura & quantitate sua ita essent preciosa, vt mũdus totus non sufficeret ad ea comparanda, non quidem Sacramẽtorum esset digna comparatio, sed difficilis & onerosa pauperibus ad ea fieret accessio. Ideoq; vt gratia dei omnimodo esset gratuita, in sacramentalibus speciebus non quæsiuit dignitatem, sed aptitudinem. Quia enim aqua extinguit, mundat & candidat præ cęteris liquoribus, ideo etiam in baptismate, carnis incẽtiua extinguit, peccatorum tam originalium quam

quam actualium labem abluit innocentiæ candorẽ reducit, & dum sic cœlestis patris imaginẽ reformat, filios adoptionis regenerat, Oleum vero quia athletis est congruum, incendio & lumini obnoxium vt contra spirituales nequitias humana fragilitas fortius muniatur oleo chrismatis in baptismate & in confirmatione perungitur vt sicut datus spiritus geminæ dilectionis, animam fide illuminet dilectione inflãmet spe cœlesti muniat & roboret. Quia vero panis & vinum homini incorporatum, vita est temporalis, ideo Christus hoc Sacramento nobis tanquam caput membris incorporatus fit vita fidelibus. His tribus Sacramentis baptismus rite perficitur, vt quia in trinitatis nomine celebratur, trinitatis etiam fidem suo ministerio attestans per aquam deo patri nos regeneret per corporis & sanguinis sui communiõem filio dei ad vitam nos cõcorporet, per olei vnctiõem spiritus sancti virtute confirmet, vt qui in initio regenerationis tanta dei gratia præuenimur, non desperemus ad vitæ palmam perduci, si cum eadem adniti voluerimus.

Quod tanta sunt dei Sacramenta, vt omnium hominum superent merita.

Caput. V.

CVius est ergo tantam conferre gratiam nisi solius dei, qui in Sacramentorum excellentia ita omnium superat merita, vt ad eorum dignitatem vel potestatem aspirare omnino iudicẽtur indigna? Quis enim de filijs diaboli

boli poteſt regenerare filios dei, niſi pater dei? Quis peccatores iuſtificare, niſi qui, pro peccatis noſtris mortuus eſt Chriſtus? Et cum ſpirituale ſit quicquid in baptiſmo geritur, quis hoc poteſt peragere niſi ſpiritus ſanctus? Fruſtra enim hoc in trinitatis nomine fieret, ſi ad alium quemlibet à trinitatis poteſtate tranſiret. Nõ ergo præſumat homo ſuum deputare, quod ſolius dei eſt facere. Ait enim Apoſtolus: Diuiſiones gratiarum ſunt, vnus autem dominus, qui operatur omnia in omnibus, diuidens ſingulis pro vt vult. Vñ etiam Chriſtus cum diceret, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, de miniſtris omnino tacuit, quia de tanta gratia nihil ad eos attinere vidit. Vnde Auguſtinus ſuper Iohannem: Sed dicit mihi hæreticus: Non habes baptiſmum, quia malus dedit. Si malus eſt inquam Chriſtus, & malus mihi dedit. De officiali non diſputo. Fuerint qualeſlibet homines, ego à Chriſto accepi. A Chriſto baptizatus ſum, ego noui quia docuit me columba quam vidit Iohannes. Sint iuſti miniſtri ſi volunt, ſin autem, ſecurum me facit magiſter meus, de quo dixit ſpiritus eius: hic eſt q baptizat. Si fuerit iuſtus miniſter, computo eum cũ Paulo, qui gloriam ſuam non quærit dicens: Ego plãtaui, Apollo rigauit, deus autem incremẽtum dedit. Neque qui plantat, neq; qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat deus. Qui fuerit ſuperbus miniſter cum Zabolo computatur, ſed non contaminatur donum Chriſti. Spiritualis enim virtus Sacramenti ita eſt vt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundos tranſiens non coinquinatur. Cum ergo

teſte Apo

teste Apostolo ministri non sint aliquid, sed deus qui operatur omnia in omnibus, quid ipsi cum nihil sint qui in dei Sacramentis operantur cum solus deus operetur omnia? Vnde item Augustinus super Iohannem: Baptismus talis est, qualis est ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur.

Quod laico vel pagano baptizare permittitur. Caput. VI.

VT ergo ministris auferretur meritorum iactantia, concedunt si necesse sit laico, nec abnegãt pagano baptizandi gratiam, quibus sine officio, sine merito non tantum quid permitteretur, si hominum merita vel officia ad baptizandum necessaria viderentur. Vnde Gelasius capite septimo: Diaconi absq; episcopo vel præsbytero bapiizare non audeant, nisi prædictis forte officijs longius constitutis, si necessitas extrema cõpellat, quod & laicis Christianis facere plærunq; conceditur. Item Isidorus: Si quis per negligentiam ordinetur ante quàm baptizetur, debent ab eo baptizari, & ipse vlterius non ordinetur. Romanus enim pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritũ dei subministrare baptismi gratiam, licet paganus sit qui baptizat. Item Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum cap. 104. A quodam vt audio, nescitis vtrum Christiano an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid in de sit agendũ consulitis. Hi profecto, si in nomine trinitatis, vel tm̃ in Chrĩ nomine, sicut in Actibus Apostolorum

Gelasius. Isidorus. Nico. papa.

stolorum legimus, baptizati sunt, vnum quippe idē[que] est, vt sanctus exponit Ambrosius, cōstat non esse de nuo baptizandos. Ne tamen existimetur talis baptismus eē imperfectus, ait contra Augustinum de vnico baptismo libro quarto. Potest dici alius alio doctior, alius alio magis vel minus baptizatus dici non potest.

Quod sanguinis effusione, vel sola fide baptism[us] compleatur. Caput. VII.

SEd ne sibi etiam attribuant officiales laicum vel paganum saltem vicem suam expleuisse attendant, gratiā[que] dei ita liberam, vt nullis hominum meritis vel officijs astricta, quando vult, quomodo vult, cuicun[que] vult, seipsam infundat. Cum enim constet sanctos vel suo sanguine vel sola fide baptizari, quid hic officiales suis attribuent meritis, vbi nullis funguntur ministerijs? Cum ergo deus sine illis baptizet, patet quia hic solus est qui baptizat. Vnde Augustinus de vnico baptismo libro quarto: Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est. hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leue documentum assumit. Quod etiam atq[ue] etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem, conuersionem[que] cordis, si forte ad celebrandū mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Ne[que] enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum.

neq[ue].

neq; quia credit passus est, sed dū patitur credit. Quantum itaq; valeat etiam sine visibili baptismi sacramēto, quod ait Apostolus, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur visibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit, & sicut in illo latrõe quod baptismi sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia vel contemptu, sed necessitate defuerat. Sic infantibus qui baptizati moriuntur eadem gratia omnipotentis explere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam, nec ore confiteri possunt ad salutem. Baptismus quidem potest inesse vbi cordis conuersio defuerit, conuersio aūt cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto non potest. Neq; vllo modo dicenda est conuersio ad deum cum dei contemnitur sacramentum. Item in libro sententiarum Prosperi: Verus baptismus constat non tam ablutione corporis, quam fide cordis, quemadmodum doctrina Apostolica tradit dicens: Fide mandans corda eorum. Et alibi: Saluos facit baptisma, nõ carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum. Ecce cū dominus dicat in euangelio: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, & sola fide sine baptismo saluãtur homines, vt latro: & solo baptismate sine fide, vt pueri: sed tunc tantum cum non contemptus religionis sed articulus necessitatis alterum excludit. Vnde Isidorus de officijs, libro secundo capite vicesimo tertio

M Paruuli·

Paruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui qui vel credere nesciunt, sicut ęgri, muti vel surdi, quorum vice alius profitetur, vt pro eis respondeat dum baptizātur. Item Augustinus de libero arbitrio lib.
August. quarto: Illud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid eis pueris prosit, cum eo accepto plærunq; moriuntur, priusquam ex se quicquā cognoscere potuerint. Qua in re satis pie recteq; creditur prodesse paruulo eorū fide, à quibus cōsecrādus offertur, & hoc ecclesiæ commendat saluberrima autoritas, vt ex eo sentiat quisquis quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoq; beneficio, qui propriam nondum habent potestatem commoda fit. O ineffabilis dei gratia, quæ vbi alterutrum deest necessitatis articulo, & fidem præuenis sacramenti mysterio & sacramenti vicem comples fidei merito, vt nullis legibus tenearis astricta, ne quantum in te est salutis æternæ aliquatenus patiamur dispendia. Ne tamē sit mirum, quod sine ministris deus per se, quod suū est operetur, quid in vtroq; legis & gratiæ initio fecerit videamus. Ait dominus ad Moysen: Congrega
Num. 11. mihi septuaginta viros, & duces eos ad tabernaculū fœderis, & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis Non dixit, auferes & trades, sed auferam & tradam. Quod ne forte ducatui Moysi imputaretur, duo ex his q̄ descripti fuerant, ad tabernaculum non venerunt, & tamen Mose non ducente sicut & cæteri spiritum acceperunt. Similiter & in noua gratia, cum solebat tantum dari per impositionem manus, tamen adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus super omnes, qs
Actu. 9.
ergo

ergo diuinam gratiam suis imputet meritis vel officijs, cum in legislatore, in Apostolorum principe de us ad eam prout vult distribuendam neutrum horũ assumpserit.

Quod sicut in baptismate, sic in conficiendo Christi corpore, nihil à bono magis, nihil à malo minus fiat. Caput. VIII.

Quia igitur astructum est ad officialiũ merita baptismi gratiam non attinere, videamus etiam de Christi corpore & sanguine conficiendo, quamuis vbi constat de minori, satis etiam de maiori videatur Sacramento. Corpus enim Christi & sanguis non solum par baptismo est, sed & fundamentum eius & completio, adeo vt sicut Eua de latere Adæ dormientis, sic & ecclesia producta credatur de latere CHRISTI in morte quiescẽtis, quia sicut illa inde generata, sic ista inde regenerata. Vnde mirifice sua profluxerunt Sacramenta, aqua in regenerationem, sanguis in redemptionem. Vnde Iohannes in epistola sua ait: Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus CHRISTVS. Non solum in aqua, sed in aqua & sanguine. Et bene repetijt, quia nihil profuisset aqua sine sanguine, quia non solum abluit, sed & redimit, sed & quia redimit, ideo abluit. Vnde in Apocalypsi: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ne igitur etiam de hoc minori Sacramento aliquid sibi vsurpet ministrorum arrogantia, quid sancti inde sen Apoc. 7.

 tiant

tiant attendamus. Ait Augustinus in libro de corpore domini: Intra catholicam ecclesiam in ministerio corporis & sanguinis domini, nihil à bono magis, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritussancti. Si enim in merito sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse ē qui baptizat, ita ipse ē qui per spiritum sanctū hanc creaturam efficit carnē, & transfudit in sanguinem. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creātur prius, eius vtique verbo ad melius recreantur. Cum ergo Augustinus ea quæ prius creata sunt, dicat iterum in Sacramento creari, si hoc homines possent facere, constaret eos esse factores corporis Christi, & ita q̄si creatores esse creatoris sui, quod est impossibile. Ait enim Eusebius Emisenus. Inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas in substātiam corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate conuertit. Item Ambrosius: Vbi accesserit cōsecratio, de pane fit caro Christi. Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu? Ergo sermo Christi hoc conficit corpus. Item Augustinus in homilijs: Ante verba quando offertur panis dicitur, vbi verba Christi deprompta sunt, non iam panis, sed corpus Christi appellatur. Si ergo inuisibilis sacerdos corpus suū verbo conficit, quomodo fit vel in verbo vel in merito alicuius visibilis sacerdotis? Cum vero nihil ad visibilem attineat sacerdotem, quomodo id à bono melius, à malo peius conficiatur sacerdote, à quo nullatenus?

nus. Quod cum ita sit, iam non secundũ diuersa merita, diuersa Christi corpora, sed semper vnus Christus est qui quibuscunq; ministris sacrificantibus, solus est pro nobis offerens & oblatus. Vnde Augustinus in libro de trinitate: Quid tam grate offerri & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri corpus effectũ sacerdotis nostri, vt idem vnus ipse verusq; mediator vnus esset qui offerebat, & quod offerebat. Item idẽ ad Parmenianum: Sacrificia inquiunt impiorum execrabilia domino, etenim inique offerunt illa. Iam supra responsum est, quia non est iniquus Christus, qui pro nobis seipsum obtulit, & noster in cœlo mediator est, quo suam ecclesiam gubernante, bonis mali non oberunt, qui vel ignorantur, vel pro pace tolerantur.

Quod Sacramenta hæreticorum de ecclesia sunt. & in ecclesia fiunt.

Caput. VIIII.

SEd opponunt, quia extra ecclesiam non est locus sacrificij, nec est CHRISTVS, nec spiritus sanctus apud hæreticos. Econtra Augustinus ad Vincentium Donatistam: Ex catholica ecclesia sunt omnia sacramẽta dominica quę sic habetis & datis, quomodo habebantur & dabantur etiam priusquam inde exiretis, nec tamen ideo non habetis, quia non estis ibi vnde dabatis. Item ad Emericum: Sacramenta quæ non mutastis, sicut habetis approbantur à nobis, ne forte cum vestram prauitatem corrigere volumus, illis mysterijs quæ in vestra prauitate deprauata non sunt, sacri

 legam

legam faciamus iniuriam. Item Augustinus in libro de baptismo capite. 237. Qui seipsos à societate cæterorum separantes, vnitatis vinculum rumpũt, si nihil faciunt quæ in vnitate acceperunt, in omnibus separati sunt. Si vero nonnulla eadem faciunt, nõ se in eis separauerunt, & ex ea parte ecclesiæ connectuntur. In Sacramenti sanctitate, qua contra nos non sunt, pro nobis sunt: in schismatis vulnere, quo cum Christo non colligunt, spargunt. Cum igitur ex catholica ecclesia sint omnia Sacramenta dominica, nullo excepto, etiam apud hæreticos, qui ex ea parte ecclesiæ connectuntur. qua ea rite celebrant, quis dubitet Sacramentum sacrificij diuini vbicunq; fiat, intra ecclesiam non esse, cum sit de ecclesia? Sed tamen sciendum est, quia cum apud eos etiam cum sacrificium Christi fit de ecclesia quantum ad sui veritatem, locus tamen ipsius non est his qui sunt extra ecclesiam quantum ad eorum vtilitatem, quia cum filius hominis apud eos nõ inueniat vbi caput suum reclinet, nec ipse Christus, nec spiritussanctus apud eos est per gratiã, qui tamen apud omnes est, & nusquam deest per maiestatis suæ præsentiam.

Quod Sacramento tenus sacerdotium apud hæreticos maneat om̃ino integrũ. Ca. X.

SEd iterum opponunt, quia sacerdotium non subsistit apud eos. Et quid potest per eos cõsecrari, qui neq; pro merito, neq; pro officio aliquid agunt? Vt enim, ait Ambrosius de Sacramentis, cũ scriptura testetur, quod ad Hieroboam

roboam preces ignis descendit de cœlo, & rursus pre cante Helia ignis missus est, qui sacrificium consumpsit, non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. Apud hæreticos autem nec merita sunt, nec officia. Ait autem Augustinus in libro quæstionum veteris testamenti: Per quod ostenditur spiritum sanctum gratiarum, nō personam sequi digni aut indigni, sed ordinem traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat. Cum igitur non merita sint consideranda, sed saltem officia, quia nemo potest benedicere nisi ordinatus sit vt officium ministerij exhibeat, quomodo benedicere possunt hæretici, vbi non subsistit ministerij officium, quod recedendo ab ecclesia in oculis domini amiserunt? Sed contra ait Augustinus in Genesi ad literã, in libro de bono coniugali legitur hoc: Etsi aliqua culpa quis ab officio remoueatur sacramento dñi semel imposito nō carebit, q̃uis ad iudiciũ permanente. Itē ad Parmenianum: Quod quidam dicũt baptismũ quē accepit non amittet qui recedit ab ecclesia sed ius tñ dãdi quod accepit amittit, multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primo, quia nulla ostēditur causa, cur ille qui ipsum baptisma amittere nō pōt, ius dãdi possit amittere. Vtrunq; enĩ sacramētũ ē, & q̃dã cōsecratiōe totũ hoĩ dat, illud cũ baptizatur, illud cũ ordinatur, ideo non licet a catholico vtrunq; iterari. Nã si quãdo ex ipsa parte veniētes etiã ppositi pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt, etsi visum ē opus eē vt eadē officia gererēt quæ gere

 bant

bant non sunt rursus ordinati, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra, quia in præcisione fuerat vicium, quod vnitate pacis correctum est, non in Sacramentis, quæ vbiq; sunt ipsa sunt. Item idem ad Donatistas: Sicut vrgeri videor, cũ mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit peccata, cum iuxta te baptizat, sic & ego vrgeo cum dico, auarus religiõis simulator, peccata dimittit: Si per vim Sacramenti, sicut ille & ille: si per meritum suum, nec ille nec ille. Illud enim Sacramentum & in malis hominibus Christi eẽ cognoscitur, in corpore autem vnicæ colũbæ immaculatæ, nec ille nec ille inuenitur. Item idem: Cum tãtum valet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per Apostolum datus, ita nec illius nec illius, sed Christi esse cognoscitur. Sed quia ius dãdi baptismum tam laxum est Sacramentum, vt etiam laicis si necessarium est concedatur, videamus si ordinatio hæreticorum integra (vt dictum est) in dando baptismo, sic etiam integra in Christi corpore consecrãdo. Ait Hieronymus ad Luciferianum: Sicut hic est q baptizat Christus, ita hic est qui sanctificat. Et paulo post: Oro te, inquit, vt aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma, quem nõ putas esse sacerdotem. Neq; enim fieri potest, vt qui in baptismate sanctus ẽ, sit ad altare peccator. Quia igitur qui hæresi vel schismate ab ecclesia recedit, sacrorum ordinum sacramenta non amittit, quæ vbicũq; sint, ipsa sunt, quæ ipse quidẽ sicut etiã ecclesiasticus peccator non per meritum suum, cum neuter in corpore vnicæ columbæ inueniatur, sed ꝑ

vim ipſorum ſacramentorum ſicut ille & ille admi-niſtrat, ſacerdotium omnino integrum apud hæreti cos, quamuis ad iudicium manet, cum vt ait Hierony mus æque ſit eis concedenda licentia ſacrificandi ſic-ut & baptizandi. Item cum Auguſtinus aſtruat rece- Auguſt. dentem ab eccleſia, ſicut baptiſmum, ſic nec ordinem dandi baptiſmi poſſe amittere, quia vtrunq; ſacramẽ tum quadam conſecratione homini datum, non eſt à catholico iterandum, quod & vſu comprobans eccle ſiaſtico, dicit, quod ex illa parte venientes, non ſunt rurſus ordinati, vt eadem officia gerant que gerebãt, ſed ſicut baptiſmus ita ordinatio eis manſit integra, quis dubitet hæreticis integram ſacrificij eſſe admi-niſtrationẽ, cum & amiſſa creditur iteranda ſit, quod eſt nepharium, & ipſum ſacerdotium non alio modo ſit integrum, niſi tam in baptizando quàm in ſacrifi-cando non imminutum? Vnde Leo ad Mauros epi- Leo Papa. ſcopos: Maximum quoq; ex laico licet reprehenſibili ter ordinatum, tamen ſi Donatiſta iam non eſt, ab e-piſcopali, quam quoquomodo adeptus eſt, non repel limus dignitate. Item ad eoſdem: Donatum autem Se iacenſem ex Nouatiano vt comperimus cum ſua ple-be conuerſum, ita dominico gregi volumus præſide re, vt noti dogmatis damnet errorem. Ecce his hære ticis Leone annuente, ordinatio redeuntibus non eſt iterata, ſed manſit integra, quæ cum epiſcopalis fue-rit, quis eam neget integram in ſacrificando, cum in-tegra conceſſa ſit etiam in ſacerdotes conſecrando.

Quod etiam ſalutare ſit ſacrificium hæreticorum ſi munde communicetur à catholicis. Ca. XI.



QVod ipse Augustinus manifeste approbans, apud hæreticos testatur sacrificium non solum verum esse & sanctum, sed & salutare, ita in dialogo suo scribens ad Petilianum. Petilianus dixit: Si quisquam carmina sacerdotis memoriter teneat, nunqd inde sacerdos est, quia ore sacrilego carmen publicat sacerdotis? Augustinus: Ita dicis istud, quasi quæramus quis sit verus sacerdos, & non quod sit verum baptisma, vt enim quis sit verus sacerdos, oportet vt nõ solo sacramento, sed iustitia quoq; induatur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autẽ
Psal. 131. solo sacramento sacerdos est, quamuis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si non det suum, sed dei Si Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonium, quia verum comperit, eitam ipse attestatus ẽ, cur nos apud quemlibet, quamuis inuenitur peruersus & fallax, non discernimus propter vicium quod homo habet, veritatem quam non suam, sed dei habet, & dicimus, sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum est? Item: Vos autem necesse est semper erretis, quàm diu propter hominum vicia dei Sacramẽta violatis, aut nos propter dei sacramenta, quę in vobis violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Item: Saul non habebat innocentiã, & tamen habebat sanctitatem, non vitæ suæ, sed sacramenti dei, quod & in malis hominibus sanctum est. Item nos dicimus tale cuique fieri sacrificium, qualis accedit vt offerat, & q̃lis acce-

lis accidit vt sumat, & eos de sacrificijs taliū manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi sunt. Itaq; si offerat deo malus, & accipiat bonus, tale cuiq; est, qualis quisq; est, quia & illud scriptū est: Omnia munda mundis. Per hanc sententiam veridicam & catholicam, omnes vos Optati sacrificio non estis polluti, si acta eius non placebant vobis. Nam vtiq; panis illius, panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat, sed panem luctus oñibus vobis communem, omnium vestrum malum schismatis facit. Item ad Parmenianum: In omnibus quæstionibus intelligendum admonemus, quia scilicet omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen p eos indigne sumētibus, sicut verbum dei. Vnde dictū est: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Cum ergo sancti omnia sacramenta quia Christi sunt, tam apud hæreticos quam catholicos astruant vera esse & sancta, & eadem etiam munde vtentibus salutaria, quia omnia munda mundis: testentur etiam nihilominus eadem polluta, quia tracta sunt ab illo qui pollutus est in anima, sollicite attendendum est qua discretione sint catholicis sumenda, ne hęresis nefariam autoritatē in ecclesia obtineat, si in sacramētis suis hæreticos & catholicos, nulla eligēdi vel spernēdi ratio discernat. Ait Apostolus: Hæreticū hoiem post primā & scdam correctionē deuita, sciēs q̄d huiusmodi delinquat, ꝑprio iudicio cōdēnatus. Q̄d cum de oñi hæretico semper spiritualiter, aliquando etiā corporaliter sit obseruandū, in prælatis tamē, & eis qui pacē ecclesiæ perturbare possunt, discretius est agendum

Titum. 1.

Titum. 3.

gẽdum. Cum enim canonice statutum sit, vt si pastor à fide exorbitauerit, sit prius à subditis secrete corrigendus, quod si incorrigibilis, quod absit, apparuerit, erit accusandus, quomodo interim à subditis suis est vitandus, quamuis Apostolus cum huiusmodi, nec cibum sumere iubeat, cum ordo canonicus ne accusatus perhibeatur à communione, nisi ad iudiciũ venire distulerit interdicat? Vnde sciendum est, quia si non corporaliter, saltem spiritualiter ne ei consentiant, debent imitari, sicut & Augustinus paulo superius ait: Optati sacrificio vos polluti non estis, si facta eius displicebant vobis. Ecce isti sciebãt: Optatum eẽ schismaticum, sed quia non consentiebant eius communione, impolluti erant. De quo etiam, quia pacem ecclesiæ perturbare poterat, ait Augustinus ad Emeritum: Non reprehendimus, si eo tempore ne multos secum excommunicatus traheret, & communiõem vestram in schismatis furore præcideret: Optatum excommunicare noluistis. Cur ergo Augustinus, Optati communionem ad tempus toleratam non reprehẽdit, nisi quia peius scandalum, quod ille inferret ecclesiæ, vitari vtilius duxit. Vnde item Augustinus: Quibus mali placent in vnitate communicant malis ipsi, quibus autẽ displicent, & eos emendare non possunt, ne simul cum zizanijs eradicent & triticum, nõ factis eorum, sed altari communicant, ita vt non solum ab eis non maculentur, sed diuinis verbis laudari mereantur, quia pro bono vnitatis tolerant quod pro bono vnitatis oderunt. Quod cautissime obseruandum est, maxime in hæreticorum & schismaticorũ sacramentis

mentis. Quamuis enim perfectorum sit sine macula in conuersatione tolerare malos, difficile tamē est ex emplo illorum, si incircunspectum fit, non corrumpi cæteros. Eleazarus enim in Suilla carne comedenda simulationem etiam occidendus respuit, quia etsi non sibi peccato, alijs tamen suspitionis exemplū nocere timuit. Vnde Ambrosius salubriter consulēs ait: Ambros. Si qua est ecclesia, quæ Apostolicæ veritatis fundamēta possideat, ne quam tibi labē possit ingerere, deserēda est. In cauenda itaq; prauorum malicia, suæ fraternæq; salutis attendenda est necessitas, vt & prauos tolerent boni, ne ecclesiæ dissipent vnitatem, & prauos etiam corporaliter fugiant, ne vel consensu vel opinione, suam vel fraternam negligant salutem.

Quomodo soluatur illud quod sancti de improbandis hæreticorum sacrificijs dicunt.

Caput. XII.

A Structum est hæreticorum Sacramēta, quia Christi sunt, catholicis si discrete vtantur esse vtilia, quæ tamen, pcerto sciendum est, ipsis hæreticis, vel eorum complicibus noxia esse & lætifera. Quia vt ait Augustinus ad Petrum subdiaconum, tantum valet ecclesiasticæ societatis communitas ad salutem, vt etiam baptismo nō saluetur, cui ibi non datur vbi oportet vt detur. Vnde in Aphricano consilio cap 24. In ecclesia oīa Sacramenta salubriter & vitaliter accipiuntur, quæ perseuerātibus in hæresi, magnam damnationis pœnam conquirūt, vt q̄d eis in veritate ad vitam esset, esset luminosius, hoc in erro-

errore fit tenebrosius atque damnosius. Eadem ergo sacramenta vbique vera & sancta, in ecclesia accipiuntur salubriter, extra ecclesiam damnabiliter. Vnde etiam Augustinus sacrificium Optati, quod mundum mundis astruxerat, panem luctus vocat, quia eos cõtaminabat, quibus extra ecclesiam veri sacrificij locus non erat. Quod etiam à sanctis execrabile domino dicitur, non respectu ipsius quod sanctum est, sed respectu illorum, qui æque damnantur, illud illicite sacrificando & sumendo, sicut aliquid deo execrabile perpetrando. Vocant etiam sancti illud sacrilegium pollutum, inane, & falsum. Sacrilegium igitur ideo, quia sicut aurum verum quidẽ est in arca furis sicut in thesauro regis, sed tamen sacrilegum, quia à fure illicite vsurpatum, sic & illud illicite ab hæreticis pollutum, non quod in se ita sit, sed sicut dies lætus dicitur, quia lætos facit, ita ipsum quia magis polluit, sacrificantem reum constituendo, quàm mundet iustificando. Inane autem & falsum, quia effectum salutis, quem videtur promittere non confert quem conferret, si rite fieret. Vnde & deus dicit: Maledicam benedictionibus vestris, eas priuando fructu salutis. Quod autem dicitur: non est corpus Christi quod schismaticus cõficit, quia apud huiusmodi eucharistia confici nõ potest: non ita intelligendum est, quasi corpus Christi essentialiter verum, in sacramento non conficiat, sed quia cum in altari ecclesia corporalis & consacramentalis fit Christo, vniuersum corpus Christi, caput scilicet cum membris non conficit, quia cum extra ecclesiam sit, seipsum Christo & ecclesiæ in vtriusque sacramento

non

non vnit. Cum enim altaris sacrificiũ signando ipsius
ecclesiæ & Christi vnitatem, vniuersi corporis Chri-
sti sit Sacramentum, non conficitur ibi Christus, vbi
non conficitur vniuersus. Et ideo non fit ibi euchari
stia, vbi vnitatis totius dominici corporis non admi-
nistratur gratia. Vnde Augustinus: Hæretici quærũt Augu.
diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem. Et alibi:
Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculũ
vnitatis, non mysterium accipit pro se, sed testimoni
um contra se. Nec Christus igitur, nec spiritussanctus
apud eos est per gratiam, qui tamen vbiq; est per es-
sentiam. Vnde Hieronym⁹ in Amos propheta: Odit Hierony.
deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit, & quoti
es in nomine eius congregati fuerint, detestatur fœ-
torem eorum, & claudit nares suas. Quod dicit huma
no more loquẽs, non quod de⁹ sancta sua improbet,
sed quod eorum propitiationem non recipiat. Hæc
igitur, & si qua alia à sanctis contra sacramenta hæ-
reticorum detestabiliter dicta reperiuntur, non ita
exponenda fuit, vt veritatem vel sanctitatem Sacra-
mentorum, cum omnia omnino Christi sint, impro
bent, sed in malitiam & damnationem illorum, qui
illicite vsurpant, redundent.

Caput XIII.

QVæritur autem, cum solennia verba,
& inuocatio diuini nominis tantę vir
tutis sint, vt omnia ecclesiæ Sacramen
ta perficiant, si in ipsis ex industria
vel negligentia proferentis aliquid
erroris vitium sonet, vtrum etiam
tunc

tunc Sacramenta rite perficiant. Vnde sciendum est, quia qui tacendo vel male proferendo quod debent in solennibus verbis per fide peccant, eorum Sacramenta ita damnat ecclesia, vt ea vel pro nullis reputando iteret, vel pro imperfectis consummet, ita tamen, vt quæ in eis versa sunt, agnoscat & approbet. Vnde Augustinus in libro de baptismo cap. 237. Qui seipsos à societate cæterorũ separantes, vnitatis vinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quæ in vnitate acceperunt, in omnibus separati sunt, & ideo quem sibi sociant, si ad ecclesiam redierit, debet omnia quæ non accepit accipere. Si vero nonnulla eadem faciunt, non se in eis separauerunt, & ex ea parte ecclesiæ connectuntur, & ideo si quis eis sociatus ad ecclesiam venire voluerit, in eo sanatur, vbi errauit, vbi vero sanus connectebatur, non curatur, sed agnoscitur. Laicos igitur à Paulianistis, qui nomẽ trinitatis refutãt, non dicam baptizatos, sed aqua lotos, ecclesia omnino baptizat. Arrianorum vero & cæterorum hæreticorum baptisma, quia nomen trinitatis inuocant, nõ iterat, sed cum pœnitentia & manus impositione consummat. Sciendum enim quia fide omnia Sacramenta complentur, quia, vt ait Apostolus, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item Augustinus: Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Constat ergo quia cum in Sacramentis conficiendis, & dicendum sit, & credendum, vtrunque syncere fieri oportet, maxime ne mens in fide titubet, etiam si lingua per incuriam in sermone erret.

ret. Exteriora enim nostra non adeo pensantur à domino, quantum cordis intima, qui in omni negocio magis examinat, non quid, sed qua intentione vel fide fiat. Vñ Augustinus in epistola Iohannis, cap. 7. Si pater tradidit filium, & filius se ipsum, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre, facta est à filio, facta à Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit eos? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, Iudas autẽ in proditione. Videtis quia non quid faciat homo cõsiderãdũ est, sed quo animo & volũtate faciat. Itẽ idẽ in homilijs suis: Tu es Christ⁹ filij dei viui. Hoc dixit Petrus, & audiuit, tu es Simon Bariona. Hoc dixerũt & dæmones, & audierunt, obmutescite. Vna vox est, sed dominus interrogat radicem, non florẽ. Itẽ Hieronymus in Osææ: Illi offerunt panẽ sacrilegum &c. quæ si vere fiant holocausta interpreter, cũ aũt sciẽtiã dei reliq̃rint, frustra capite fidei trũcato, cætera membra se habere iactãt. Patet igitur q in solẽnibus verbis vel reticẽdo vel admiscẽdo heresim inducũt, sacramẽtum eorũ vel veritate vel vtilitate multatur, teste Ambrosio in libro de initiandis rudibus. Quia scd̃m Apostolũ, quicquid ex fide non est, peccatũ est, & ipsis qui faciũt, & quibus faciunt, non solum non prodest, sed & ad iudicium est. Si autem vel incuria, vel negligẽtia, vel ignorãtia, aliqua erroris verba inferuntur, non ideo sacramẽtum minus fieri credẽdũ est, quia vt supra dictũ est, deus interrogat verę fidei radicẽ, nõ locutiõis florẽ. Vnde Augustinus de baptismo lib. 6. Si non sanctificatur aqua cũ aliqua erroris verba per imperitiam precator effundit, multi non solum ma-

li, sed boni etiam fratres in ipsa ecclesia non sanctifi-
cant aquam. Multorum enim preces emendantur q̄-
tidie, si doctioribus fuerint recitatæ, & multa in eis re
periuntur contra catholicam fidem. Nunquid si ma-
nifestetur aliquos esse baptizatos, cum illæ præces di
ctæ fuissent, iubenī denuo baptizari? Quid ita? Quia
plærunq; precis vicium superat precantis affectus, &
quia cuncta verba illa euangelica, sine quibus non po
test baptismus consecrari, tantum valent, vt per illa sic
euacuentur, quæcunq; in prece viciosa contra regulā
fidei dicuntur, quemadmodū dæmonium Christi no-
mine excluditur. Ita si quis preces afferat contra regu
lam fidei, arbitrans quod bonæ sint, non tamē quod
in eis peruersum est, euacuat illa quę ibi recta sunt, sed
ab eis potius euacuatur. Item Zacharias papa Boni-
facio episcopo: Detulerunt nuncij tui, quod fuerit in
eadem prouincia sacerdos, qui latinam linguam pe-
nitus ignorabat, & dum baptizaret nesciens latine e-
loqui, linguam infringens dixerit: Baptizo te in no-
mine patria & filia & spiritua sancta. Et per hoc tua
reuerenda fraternitas considerauit rebaptizare. Sed
sanctissime frater si ille qui baptizauit nō errorē, indu
cens aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ
locutionis infringendo linguam (vt supra fati su-
mus) baptizans dixit, non possumus consenti
re vt denuo baptizentur, &c̄. Deest
sed minimū quiddam.

FINIS.

D. GVERNERI CARTHVSIANI OLIM COLONIÆ, de venerabili Sacramento missarũq; valore paradoxa vndecim, quę superioribus non incongrue videbatur adijciẽda, propterea ꝗ, licet stilo essent pro temporum conditione inferiora, sententiarum grauitate & authoritate non dissimilia videbantur.

PROOEMIVM.

DEuotꝰ qdã presbyter cõquestꝰ mihi fuit, ꝗ circa venerabile sacramẽtũ eucharistię quasdam difficultates haberet: quarum solutiõem facilem & planam inuenire nõ potuit, prout suæ simplicitati congruebat, & a pluribus alijs simile audiui. Et vt veritatẽ fatear, idipsum mihi pluries accidit in ipo primordio presbyterij mei, quare etiam multas inquietudines & scrupulos in corde sentiebam, quæ nihilominus dono dei post informationem patrũ meorum & scripta doctorum, quæ diligentius perlegi, penitus abierũt, ita vt qui nimis anxio corde solebam primum accedere ad tanti sacramẽti celebrationem,

poſtea cum maiori confidentia ad ipſum feſtinaui.
Et qui propter huiuſmodi turbationes internas hor
rore & tedio afflictus, maluiſſem me ad presbyterij
ordinem non fuiſſe promotum,,aut certe occaſionẽ
legitimam habuiſſe rarius celebrandi:de poſt maxi-
mas egi gratias pijſſimo domino ꝙ me indignũ pec-
catorem ad tam ſaluberrimum ſtatum vocauit.& to
to deſiderio æſtuabam ad quotidie celebrandum, ſi
canonicum impedimentum non occurriſſet.Hæc, vt
Pſal.76. pie ſpero,fuit mutatio dexteræ excelſi meũ.& ꝙ ſimi
le predicto presbytero amico meo contigit ex par-
te intellexi,& forte alijs pluribus idẽ euenire poſſet:
quare viſum eſt mihi ſecundum deſiderium ipſius a-
liqua ex dictis authenticis colligere plano ſtilo, pro
qualicunq; conſolatione cordis eius, donec clemens
dominus ſeipſum illi oſtendat,& conſoletur eum ple
ne,illumineťq;.Terminos autem difficiles & allegati
ones ſtudioſe vitabo,ne impedimentum afferant in-
tellectui,tñ in margine ſingula loca annotabo quan-
tum viſum fuerit,quia ſimplicitati ſeruimus.

PARADOXVM PRIMVM.

PRimo igitur firmiſſima fide eſt tenẽ
dũ ꝙ totus Chriſtus ſit in hoc ſacra-
mento,ille idem qui natus eſt de vir-
gine,paſſus in cruce,qui ſedet ad de-
xteram patris,qui venturus eſt iudi-
care viuos & mortuos, veriſſime in hoc ſacramento
continetur.

¶Perſona autem Chriſti in tribus ſubſtantijs exiſtit,
ſcilicet diuinitate, anima& corpore. Vnde ſequitur ꝙ
in

in hostia consecrata realiter est ipse filius dei in sua propria persona & filius virginis Mariæ, id est, verus homo vnitus diuinitati in eadem persona. Vbi est diligenter aduertendum, quod panis non conuertitur in diuinitatem neque vinum, sed neque in animā Christi, sed panis in corpus Christi, & vinum in sanguinem transubstantiatur siue conuertitur, Et quia diuinitas corpus assumptū nunquā deposuit, ideo vbicunque est corpus Christi, necesse est & diuinitatem eius esse. Similiter quia Christus amplius non moritur, ideo anima ei⁹ semper est realiter corpori vnita, vnde sequitur quod ex reali concomitantia vbicūque est corpus vel sanguis Christi, quod ibi sit diuinitas & anima Christi. Et quia Christus impassibilis est, ideo corpus & sanguis eius separari non possunt. Vbicunque ergo est corpus Christi, ibi necesse est quod etiam sit sanguis Christi. Econuerso, vbi est sanguis Christi ibi est etiam corpus Christi ex reali concomitantia. Ex quo vlterius patet, quod sub vtraque specie huius sacramenti totus Christus cōtinetur. Nam sub specie panis est corpus Christi ex vi sacramenti, sanguis autem ex reali cōcomitantia sicut iam dictum est de anima & diuinitate Christi. Sub specie vero vini est sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem Christi ex reali cōcomitantia. Patet ergo quod in hoc benedicto & venerabili sacramento, tota nostra salus continetur. Nec huiusmodi conuersio est ita mirabilis & extranea, quod non credi possit, quia habemus plures manuductiōes ad hoc in naturalib⁹ quæ ante oculos nostros continue cernimus, ex quibus infirmitas nostra multum iuuari potest si atten-

Roma. 6.

te consideretur. Videmus nanq; quod ex purissimo li gno vermiculus generatur, similiter ex panno, lana, serico, pane & alijs quasi infinitis: quæ vtiq; sunt valde mirabilia: quamuis assiduitate viluerunt. Quis vnquam ista crederet si oculis nō vidisset? Si igitur tam mirabiliter hæc vilia omnipotēs deus incessanter trāsmutare non dedignatur, incredibile nequaquam est q ad prolationem verborum sacramentalium trāssubstantiare panē & vinum in corpus & Christi sanguinem facilime possit, velitq;. Similiter si consideretur quomodo pupilla oculi cum sit parua totius cœli latitudinem in se recipiat, tunc incredibile non apparebit q per occultam virtutem spiritussancti in parua hostia totus Christus cōtineatur. Solet etiam dari exemplum de speculo, in quo maximæ quæq; res relucent: & si integrum fuerit semel tantum, si autem fractum fuerit, tunc in singulis partibus ipsius. Ex quo manuducimur q apud omnipotentiam creatoris facillimum est, vt etiā in qualibet parte hostiæ totus Christus contineatur. Similiter de sole, qui cum sit vnus, totum mundum illuminat & calefacit. Si hoc potuit illa summa maiestas ita ordinare, etiā potest facere quod in diuersis mundi partibus hoc sacramētum celebretur: & tamen in omnibus illis hostijs non plures Christi, sed vnus Christus contineatur. Si igitur hæc & alia plura bonę voluntatis homo diligenter aduertat, plena fide in gratiarum actionem surgere merito debet, deuota mente laudando diuinam sapientiā, quæ (Eccle. 43.) tot mirabilia vltra omnē æstimationē humanā quotidie ante oculos nostros operat in tā immēsa creatu

ra, &

ra,& nihilominus pauca quædã abſcondit à ſenſibus
noſtris vt occaſionem merendi beatificã viſionem ha
beamus. Vere per omnia fidelis deus qui vtrobiq; no
ſtram ſalutem operatur, per manifeſta nos erudit & Psal. 146.
prouocat, per occulta nos exercet & adiuuat. Et vt
breuiter totũ dicatur, ipſe benedictus dominus Chri
ſtus Ieſus qui eſt plena merces beatorum ipſe quoti-
diana refectio viatorum. O quis audeat tantum do- De conſe.
minum manducare? Et tamen hoc quotidie facimus, diſt. 2. ca.
non noſtra præſumptione, ſed ſua tam clementi di- Hoc eſt.
gnatione. De hac ſuaui materia multa ſunt ſcripta,
deuota & magnifica, ſanctorũ doctorum: ſed nequa-
quam ſufficiunt tantæ rei dignitati, eo quod nulla cre
atura myſterium tanti ſacramẽti ad plenum laudare
ſufficiat. Satis ſit cuilibet deuoto ſimplici ſacerdoti ꝙ
corde credat & ore confiteatur iuxta præmiſſa, domi
num noſtrum Ieſum Christum verum deum & verũ Roma. 10.
hominem in hoc benedicto & venerabili Sacramen De cõſe. d.
to contineri, non quidem localiter ſed ſacramentalit̃ 2. ca. In
& miraculoſe. Quid aũt hoc ſit, null⁹ hũan⁹ aut ange- Christo.
lic⁹ intellect⁹ capit, ſed ſyncera fides ſecure id poſſidet.

¶ Paradoxum ſecundum.

SEcundo eſt aduertendum ꝙ ſaluator
noſter hoc venerabile ſacramentum
propter tria inſtituit. Primo, vt habe
remus memoriale diuinæ charitatis.
Secundo holocauſtum ſummæ maie
ſtatis. Tertio, ſuffragium noſtræ infirmitatis. Et
ſecundũ hæc tria etiam tripliciter nominatur. Quan-
tum ad primum dicitur cõmunio: quo ad ſcdm dr̃ ſa-

 criſi

Tit.um. 3. crificiũ,q̃ ad tertiũ,dr̃ viaticũ.¶Primo igit̃ hoc facra mentum eſt memoriale diuinæ charitatis vt.ſ. grati

Philip.2. ſimus creatori & redemptori noſtro qui propter maximam ſuam charitatem cum non eſſemus nos creauit,& cum perditi eramus per ſummam condeſcenſionem & humiliationem & amaram paſſionem nos

Ephe.2. recuperauit.In his duobus diuina charitas oſtenditur altiſſimè,ita quod altius demonſtrari non potuit.Nõ enim indiguit noſtri:ſed vt nobis ſuam deitatem cõ

Pſal.15. municaret.ideo nos condidit & redemit.Ecce ſacramẽtũ cõmuniõis,benigniſſimus ipſe deus cõmunicauit nobis ſuam deitatem,& nos communicamus illi noſtram humanitatem, & vtrũq; nobis in hoc ſacramento reliquit in ſui memoriam dicens.Hoc facite in

Matt.26. meam commemorationem. Verum quia iſta chari

Mar 14. tas in paſſiõe & morte Chriſti,magis hominibus ap

Lucæ. 22.

1.Cor.11. paruit,ideo vſitatius dicit̃ memoriale dominicæ paſſionis,quæ tamen paſſio ex illa charitate proceſſit.Dicitur etiam communio quo ad nos:quia inuicem vnimur per hoc ſacramentum vt ſimus quædam ſpiritualis communitas quod dicitur eccleſia,id eſt conuocatio fidelium.De hac duplici cõmunione fit ſæpe mentio in canone ſicut eſt illud:Vnde & memores &cæ. Et illud:Pro eccleſia tua ſancta.Et illud:Qui pridie q̃ &c.cum ſimilibus.¶Pro intelligentia horum eſt aduertendum vt origo & fundamentum horum pleniꝰ ſciatur q̇ omni creaturæ rationali neceſſarium eſt huiuſmodi gratitudinem & charitatem habeat ad ſu

Iſaiæ.14. um creatorem alioquin beate viuere non poteſt. Pa

Gene.3. tet de Lucifero & angelis ei⁹:& de noſtris primis pa

ren

rentibus, qui quam cito à deo recesserunt in damna- Roma.3.
tionem corruerunt. Sed quia angeli irremediabiliter
ceciderũt, ideo ꝑ illis hostia relicta non est. Hoĩes au- Hebræ.10.
tem ex misericordia dei gratiam consecuti sunt: quia
non ex malitia peccauerunt, & ideo data fuit illis spes
ad pristinam posse redire dignitatem, si diuinis mo-
nitis acquiescerent. Fuit autem voluntas dei vt homo
post lapsum de offensa diuina doleret, & pro suo pec
cato ad tempus pœnitentiam ageret cum firmo pro- Matt.22.
posito amplius non peccandi, & ꝙ iuxta suam possi-
bilitatem nihilominus creatorem suum coleret & su-
per oĩa amaret, ac pro beneficijs gratias ageret hu
militer & longanimiter cum bona spe expectando,
donec diuina pietas ipsum plene ad gratiam recipe-
ret. Verum cum homines voluptati & vanitati se tra
derent vix pauci reperti fuerunt qui iuxta beneplaci-
tum diuinum hanc viam arctam tenuerunt, vnde cõ-
tigit vt pene tota massa humani generis perierit. Qd
videntes sancti patriarchæ & prophetæ instinctu spi
ritus sancti sacrificia quædam instituerunt tanquam
exteriora quædam signa per quæ populum rudẽ ab
idololatria reuocarent ad cultũ veri dei, & ad propri
am infirmitatem & ignauiam cognoscendam, & fir-
miter sperarent sibi saluatorem futurum, cuius meri
to omnes electi saluarentur, & ꝙ ista credere & obser
uare esset necessarium ad salutem. De his fuerũt Abel
Noe, Abrahã, Moses & plures alij amici dei, qui hui-
usmodi sacrificia tanquam memoralia diuinæ chari
tatis studiose obseruabant, & alijs seruanda tradide-
runt. Sed quia ista omnia euacuanda per Christi passi

onem erant ideo clemēs deus, hoc memoriale nobis reliquit, ne simul omnibus cessantibus, in pristinam ingratitudinem laberemur, & per cōsequens cum cæteris damnaremur. Quis enim posset saluari post tantam charitatem exhibitam si ingratus esset, quando nemo vnquam saluari potuit etiam antequam exhiberetur saltē in spe, nisi gratus extitisset domino deo pro hoc quod eam futurā promisit. De hoc sunt multa scripta veteris testamenti. Quicquid enim illi credebant & venerabantur futurum, hoc nos credimus & veneramur factum. Ex quibus clare patet quod maxime necessaria fuit institutio huius sacramenti propter memorationem diuinorum beneficiorum, & pręcipue redemptionis nostræ quæ aliter fieri non potuit. Quamquam enim alia memorialia quæ habemus in scripturis, in sermōibus, in picturis & similibus vtilia sint, tamen efficatia non sunt ad conferendam gratiam sicut hoc sacramētum benedictum, neq; possunt refrenare aereas potestates, quæ infatigabiliter militant contra ecclesiam. Vnde & pauidis discipulis dominus ait: Nolite timere pusillus grex &c̄. Et iterū: Confidite, quoniam vici mundum. Item: Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū, sed ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliqū conuersus confirma fratres tuos. & alia plura similia. In quorum omniū conclusionē iam ascensurus in cœlum, summam consolationem nobis reliquit dicens: Et ecce ego vobiscum sum om̄ibus diebus vsq; ad cōsummationem seculi.

Lucæ. 12.
Iohan. 16.
Lucæ. 22.

¶Paradoxa Tertia.

Ter-

TErtio est aduertendū quod hoc sacramentum est etiam institutum in sacrificium, vt scilicet haberemus aliquod dignum munus quod summæ maiestati esset acceptum. Quod iterum fuit maxime necessarium: quia enim, vt dictū est legalia sacrificia iam in Christi passione euacuata erant, si tunc nouum institutum non fuisset, ecclesia sine sacrificio remansisset: quod omnino indecens & periculosissimum fuisset. Primo, quia nulla vnquam tēpora fuerunt sine sacrificio, siue ante legē, siue sub lege, quātominus tempus gratiæ sine ritu celebri permanere nō debuit. Quod autem sacrificia legalia per Christum fuerint euacuata, patet: quia fuerunt testimonia futurorum quæ in Christo & per Christum sunt impleta. Vnde si quis hodie offerret agnum paschalem more Iudaico, mentiretur ipso facto, quia diceret vel significaret aliquod futurum, quod iam esset factum, videlicet Christi passionem. Exemplum datur de speculatore in turri qui si daret signum de aduentu regis futuro postquam venisset, argueretur mendacij. Quare patet omnia legalia sacrificia hodie fore mortifera. Quod etiam eadem reinstituenda per Christum non fuerant tanquam in memoriam præteritorum sic patet: quia cum tempus gratiæ sit dignius quàm tempus legis Mosaycæ vel etiam naturæ: ideo debet habere digniora sacrificia & digniora sacramēta, sed hoc nō fieret si eadem reinstituerentur. Pari modo patet ꝙ etiam nihil aliud pure naturale debuit institui quod erat in communi vsu & potestate

apud

apud homines tanquã dignius, quia lex præcepit digniora queq; & pretiosiora deo offerri. Restat igitur ꝙ Christus dominus sponsæ suæ immaculatæ ecclesię aliquod munus dignius & supernaturale debuerit conferre tam in sacramentum quàm in sacrificium.

¶ Et hoc est illa superadmirandissima potestas ecclesię ministris collata, tam super corpus Christi misticũ, id est populum fidelem, ꝙ̃ super corpus Christi verũ, id est, hoc venerabile sacramentum & pretiosum sacrificium: quæ potestas & sacramenta simul & sacrificia comparantur propter suam dignitatem ad illa legalia & naturalia sicut dies ad noctẽ, lux ad tenebras, rex ad ministrum, dominus ad seruũ, vmbra ad splẽdorem. Secundo quia periculosissimum fuisset si ecclesia absq; sacrificio mansisset. Quod & sic patet: quia nisi iste solennis ritus in ecclesia esset, fides periclitaretur, quod ad oculum patet in illis terris vbi diuina nõ celebrant: eo ꝙ ibi vix aliqua aut nulla fides spirat. Exẽplum datur de exercitu qui absq; duce perito & signo bellico puta vexillo, vel consimili citius solet prosterni & dispergi. Est quædam pia opinio quæ vult dicere, ꝙ nisi istud venerandissimum sacrificium in ecclesia fuisset, totus mundus iam diu in idololatriã lapsus fuisset. Quod sic conatur astruere, quia cum populus communis ex sui imperfectione & carnali inclinatione pronus sit ad noua inuenienda & vana sectanda si nulla legitima & consuetudinaria obseruatione cohiberetur, verisimile ẽ ꝙ dæmones qui maxime sunt ambitiosi ipsum denuo in pristinum errorem & dissuetudinem reduxissent & in varios superstitiosos &

sacri-

sacrilegos ritus reuocassent. Hoc satis est probabile, quia iam adhuc fide plena stante in diuersis regionibus vix per censuras seuerissimas hæc infelicia malefi cia possunt extirpari cohiberiq́, quantomagis si cuili bet permitteretur facere quod sibi bonum videretur. Insuper cum maxima pars fideliũ literas nesciat, nec se spiritualiter occupare sciat si nulla corporalia exer citia haberet, misteria fidei sacrosancta, aut minima aut nulla putaret. Inest etiam homini appetitus quidã auidissimus diuinitatis, vt neq; quiesceret neq; conten tari possit nisi aliquo modo deum sciat & colat, aut aliquid loco dei prestãtissime veneretur, licet erronee: quamuis idipsum errorem non putet, idcirco diuina sapientia clementissime humano generi hoc dignissi mum sacrificium prouidit, in quo libere totum suum affectum transfundere potest sine omni hæsitatione, quia in ipso continetur verus deus quem latria colere debet, & hoc cum magno merito. Gaudeamus igitur in domino quicunq; vere fideles sumus, & tãtam gratiam digne cogitemus, quoniam ipse est qui nos creauit & redemit, nobiscum quotidie & quodãmodo se in nostra potestate tradidit captiuum. Nec est fi ctio in eo vlla. Vnde fortissima fide est tenendũ q; veraciter noster est, & quia ditissimus est, possumus eum exactionare & tãdiu in vinculis charitatis tenere, do nec nostram paupertatem ditet: & quia preciosissim' est possumus cum eo mercari quicquid volumus aut pro debitis nostris ipsum sacrificare. Noster enim est quia veracissimus & pijssimus est, nõ potest nobis ne gare quicquid ab eo iuste & pie exigerimus. Tantum

assistamus nobisipsis & faciamus quod in nobis est, &ipse proculdubio faciet quod in se ē. Studeamꝰ nos digne præparare vt possimꝰ digne ipsum æterno patri & sibiipsi ac spirituisancto, in spirituſancto sacrificare. Quæ vtiq; valde mirabilia sunt, sed non minus vtilia. Et de isto frequenter fit mentio in officio missę, sicut est illud: In spiritu humilitatis &c. Et in Secretis communiter & aliquando in Cōplendis, & in Canone per totū quasi. Et in fine missę: Placeat tibi &c. cum similibus. Totius enim officij solennitas, ad rationem sacrificij pertinet. Consecratio autem & sumptio ad rationem sacramenti, hostia nanq; benedicta representat Christi passionem. Ceremoniæ autem illæ quæ in officio missę fiūt modum passionis: & ambo spectant ad sacrificium. Sunt etiam aliæ considerationes in hoc sacrificio quæ multum pulchræ & deuotæ assignantur à quibusdam, vt scilicet cuncta quę CHRISTVS hic in terris gessit in eodem representari videantur. Nam quia hic incipit aliquid esse quod nō fuit, in hoc representatur Christi incarnatio & natiuitas, & quia illud ad tempus permanet in altari in hoc presentatꝰ Christi cōuersatio. Et quia hic desinit eē qd fuit, in hoc rēpsentatꝰ Chri passio & mors amara, primū fit p cōsecrationē & p reseruationē et p sumptionē. De qbꝰ pl'a dici possēt q̄ huic breuitati cōtrariāt.

¶Paradoxum quartū.

Quarto ē aduertēdū q; hoc venerabile sacramētū institutum est in suffragiū nostræ infirmitatis propter quod traditur sub speciebus cibi & potus corporalis

poralis, vnde omnem effectum quem cibus & potus materialis facit quantum ad vitam corporalem, scilicet q; sustentat, auget, reparat & delectat, hoc totum facit hoc sacramentum quantum ad vitam spiritualẽ, & ideo dominus dicit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et sicut vita corporalis non potest subsistere e absq; alimento corporali: sic nec vita spiritualis absq; cibo spirituali. Pro quo est notandum vt pleni⁹ intelligatur ista materia suauissima & saluberrima, quod nostra spiritualis mors est carentia diuinæ gratiæ, in qua omnes cõcipimur & nascimur propter peccatum primi parentis secundũ quod Psal. dicit: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum. Et Apostolus. Oẽs nascimur filij iræ. & ab hac morte liberamur per baptismum, in quo confertur nobis gratia dei, & extunc vocamur filij dei, amici dei & hæredes regni cœlestis: & ista gratia vocatur & est vita spiritualis animæ quã nemo potest ab ea tollere, neq; aliquo modo eã perdere nisi ipse velit. Hoc aliter solet dici, nisi p pctm̃ mortale, q si eã pdiderit tũc adhuc nõ d; desperare, qa põt eã recupare p sacramẽtũ pœnitentiæ, & quocunq; modo anima renascitur, si vult viua permanere, oportet eam solicitam cõmunione denuo in mortẽ corruat, quia infinita pericula & hostes capitales habet, tam intus q̃ etiam foris: insup & ipsa adhuc infirma & debilis est valde, sicut illi q nouiter nascuntur vel ab aliqua mortali infirmitate cõualuerũt indigent maxima cura & solicitudine, nec se iuuare possunt donec crescãt & plene sanent. Hoc aũt totũ spiritualit fieri habet p hoc sacramentũ dignissimum

Iohan. 6.
Psal. 50.
Ephe. 2.
Rom. 8

mũ eucharistiæ p q̃d aĩa veracit̃ efficit̃ gratiosa, fertis, & sana tãquã per cibũ optimum. Et datur exẽplũ de illo qui semp comedit carnes, quia ille efficitur carnalis: aut qui semper bibit aquam, ille efficitur aqueus: sic qui semper comedit & bibit Christũ in hoc sacramẽto, ille efficitur perfectus Christianus, crescẽs quotidie in gratia, donec tãdem perficiatur in gloria. Habet autem iste cibus spiritualis hoc vltra om̃es alios cibos q̃ omnino non mutatur: sed mutat sumentem in se per gratiosam vnionem, sicut vnitur nutrimentum nutrito. Et ista nutritio spiritualis est principalis effectus huius sacramenti: quantum est ex vi sacramenti nec alteri communicari potest, sed tantũmodo habet eã qui sacramentum digne sumit, vt clare potest de cibo corporali qui non prodest nisi manducanti ipsum. Sed quia istud Sacramentum habet vltra omnia alia sacramenta, quod non solum est sacramẽtum, sed etiam sacrificium: ideo habet singularem quãdam efficatiam vltra rationem sacramenti quod alijs communicari potest, nec alicui prodest nisi pro offert̃ aut sacrificatur: Quod similiter ad oculum clare patet de quacunq; alia oblatione quę pro alijs fieri potest ã quocũq; & illi soli vel illis prodest pro quo vel quibus offertur. Et vtrunq; cedit in suffragium nostræ infirmitatis tam sacramentum q̃ sacrificium De quibus aliqua adhuc annotare expedit: quia multum sunt necessaria & plures inueniuntur presbyteri minus bene informati de his: quod vtiq; valde est periculosum, neq; excusari possunt de huiusmodi ignorãtia, cum hæc scire teneantur, & terribiliter minatur eis do-

eis dominus dicens: Ignorans ignorabitur. Oseæ 4.
¶Paradoxum quartum. 1.Cor. 14.

Quinto igitur eſt aduertendum, ꝙ ſic-
ut iam dictum eſt euchariſtia ſub rati
one ſacramenti prodeſt illi tãtum qui
eam digne ſumit, & operatur in ani-
ma ſpiritualiter, quod cibus & potus
in corpore materialiter. Nota ꝙ cor-
poralia habent ſimilitudinẽ ad ſpiritualia. & ideo a-
nimalis homo qui nõ poteſt percipere ſpiritualia, tra 1.Cor 2.
hendus eſt per corporalia & iſta exteriora ad ſpiritu-
alia ad interiora, ſicut trahitur cęcus ad manũ, & iſta
eſt ratio quare omnia ſacramenta per ſenſibilia quæ
dam traduntur, in quibus tamen diuina gratia occul
te operatur, ſicut ſacra ſcriptura res ſpirituales nobis
deſcribit per ſimilitudines rerum ſenſibilium, vt ſic ve
niamus in cognitionem ſpiritualium. Iſta eſt ordina-
tio diuinæ ſapientiæ, quæ vnicuiq; rei prouidet ſecũ-
dum modum ſuum, hoc enim maxime ad ſapiẽtem
pertinet, vt ſcilicet primo diligenter examinet illum
quem vult informare quid ſcit & quid neſcit, quaten⁹
per illa quæ ſcit, ducat eum in cognitionem illorum
quæ neſcit. Similiter qui vult aliquem prouocare ad
amandum ſe, dat ſibi aliquod munus in quo maxime
ille delectari ſolet cuius amicitiam deſiderat. Sic ſalua
tor noſter videns hominem errare in conſideratione
& appetitu creaturarum, & nimis alienatũ à ſuo crea
tore & ſaluatore, propoſuit ſibi ſpecies notiſſimas &
gratiſſimas & neceſſarias, quas nullo pacto ignorare,
contemnere vel obliuiſci poterit: ſub quibus inuiſibi

lem gratiam & spiritualia charismata abscondit, per quæ facilime homo adiuuatur, reuocatur & admonetur, vt suum creatorem & saluatorem agnoscat & ex corde diligat, nec ab eo vnquã recedat. Hæc est magna gratia quam ipsum sacramentũ venerabile operatur in eo qui illud digne sumit: vnde & eucharistia nuncupatur, id est bona gratia. Primo igitur causat in homine cognitionem dei magis & magis, quia nõ de nouo, alioquin qui nullam haberet cognitionem dei, grauiter peccaret si accederet. Et hoc repræsentãt nobis species illæ sacramentales, scilicet panis & vini. nihil enim nobis notius cibo & potu, quibus quotidie vescimur, nec de re aliqua sic sollicite inquirimus, sicut de qualitate eorum quæ intra nos sumim⁹, qã ex his dependet vita nostra. Et sic silogizandũ est de isto cibo spirituali, quod notissimus efficit illis qui ipsum digne & frequenter sumunt, & generat solicitudinem illam sanctam in anima, vt semper illum amplius sci re concupiscant, & sobrie ac reuerenter discutiant qd & quale & quantum sit quod tractant, vnde & ob hoc dicitur panis vitæ & intellectus, quo iusti hic in via &
Eccle. 15. illic in patria cibantur & illuminantur. Ecce superius dictũ est quod hoc sacramẽtum repręsentat memoriã diuinitatis, hic autem superadditur quod etiã causat notitiam diuinitatis in digne sumẽtibus. Hoc autem nõ posset nisi esset panis viuus & intellectualis de cœlo descẽdẽs. Hæc enim tam excellenter magna sunt,
Matt 11. vt ea nemo Christo inferior operari præualeat, quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Secundo causat hoc sacramentum in anima gratia-

gratitudinem siue complacentiam quandam inter de um & se, vt mutuo sibi complaceant ac se inuicem diligant. Quod iterum species istę sacramentales nobis indicant. Bonus nanque cibus gratus est homini valde & diligibilis, & prouocat appetitum & delectabiliter sumitur. Pariformiter ista spiritualis refectio, quia optima est, ideo gratissima ē, maxime prouocãt affectum humanum ad amandum deum. Deus autem diligit diligẽtes se, quare sequitur quod maxima delectatio generatur in sumptione hac spirituali, propter mutuam charitatem ad inuicem, vnde dominus dicit: Qui manducat me & ipse viuet propter me. Tertio, hoc sacramentum nostram necessitatem & indigentiam supplet spiritualiter, quia sustentat & roborat nostram infirmitatem, auget nostram paruitatem, & reparat nostram mortalitatem. Et hæc similiter clare repræsentantur per species Sacramentales, quia panis & vinum corpus lassum fortificant ad laborandum: paruulum nutriunt ad incremẽtum & famelicum refocillant contra mortem, sic istud Sacramentum primo sustentat ne deficiat: secundo roborat ne succumbat: tertio nutrit vt crescat: quarto, præseruat ne moriatur, vnde & dominus dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ei^9 sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Quarto hoc sacramentum causat vnitatem in ecclesia, quia qui digne illud sumit charitatẽ ampliorẽ cõsequit, quę oĩa facit esse communia. Et hoc etiam in speciebus sacramentalibus palam ostenditur, quia ex multis granis vnus panis conficitur, & ex multis racemis vinum cõ

Pro. 8.
Iohan. 6.
Iohan. 6.
Actu. 4.

fluit:sic ex multis fidelibus virtute huius Sacramenti
Lucæ. 22. vna ecclesia constat,vnde dominus dixit:Ego in me-
August. dio vestrum sum.Item Augustinus: O sacramentum
pietatis,o signum vnitatis,vinculum charitatis. Ex q
bus omnibus concluditur ꝙ hoc venerabile sacramē
tum est multiplicis gratiæ collatiuum:& ex ipso ha-
bet virtutem gratiam conferendi, quia autor omnis
gratiæ Iesus Christus dominus noster in eo contine-
tur, qui sicut in mundum visibiliter veniens, contulit
mundo vitam gratiæ,ita in hominē sacramentaliter
veniens vitam gratiæ operatur,& eundem effectum
quem passio Christi fecit in mundo,hoc sacramētum
facit in homine. Nec aliquis habet gratiam vel habe-
re potest ante susceptionem huius sacramenti,nisi ex
aliquali voto ipsius,vel per seipsum sicut adulti,vel vo
to ecclesiæ sicut paruuli.Et hoc iterum est valde mira
bile, quia nemo debeat accedere nisi habet gratiam,
& tamen nemo habet gratiā nisi per illud quod non-
dum accepit. Tanta siquidem est efficatia virtutis
huius sacramenti,quod etiā ex voto ipsius aliquis gra
tiam consequitur,per quam spiritualiter viuificetur.
qua accepta iā digne accedit vt gratia augeatur, & vi-
ta spiritualis perficiatur, vt scilicet homo perfectus sit
in Christo per coniunctionem ad deum. Hoc autem
habet actus sacramentalis supra actū virtutis, quod
in omni actu sacramentali digne peracto aliqua no-
ua gratia actualiter infunditur, non autem in omni
actu virtutis:quamuis tamen omnis actus virtutis sit
meritorius.& hoc est valde notabile.Vnde patet ꝙ sit
salubre sæpius confiteri & celebrare cæteris paribus

eo ꝙ toties quoties noua gratia infunditur. Sed forte dicat aliquis simplex sacerdos. Ego communi more soleo me libenter preparare ad celebrandum, & tamen nunquam sentio huiusmodi gratias, ergo timeo ꝙ semper indigne accedo. Cui respondendum est, ꝙ adhuc mirabilius est quod non solum prædictæ gratiæ sibi conferuntur, imo si bona voluntate facit ꝙ in se est, sufficienter se preparãdo, tunc quoties celebrat toties confertur sibi à vero deo qui nõ mentitur æterna gloria, quam tamen omnino non sentit. Ecce mirabile super mirabile. ¶Pro cuius intellectu est sciendum, ꝙ hic est multiplex modꝰ loquendi: quidam dicunt quod non est de ratiõe sacramenti quamdiu per fidem ambulamus, ꝙ huius gratiæ sentimenta habeamus. Alij dicunt ꝙ non est ex parte sacramenti, sed ex parte nostra, quia forte adhuc minus purgati sumus à fecibus passionum & tumultu venialium, quę actualem refectionem spiritualis dulcedinis impediunt, licet non tollant augmentum gratiæ vel charitatis. Et datur exemplum de cibo corporali cuius sapor facilẽ ter impeditur propter imperfectionem linguę, nihilominus æque bene valet ad nutriendum. Alij dicunt ꝙ tam ex parte presbyteri sufficienter se preparantis, quam etiã ex parte sacramenti interna deuotio actualiter merito sentiri deberet, prout etiã in plurimũ cõtingit: sed nonnunquam clemens dominus ex magna misericordia tollit sensibilem deuotionem à cordibꝰ electorum propter bonum ipsorum, vt amplius proficere studeant, aut superbiam euitẽt, aut loco purgatorij illi cedat quod hic debita consolatione ad tem-

pus priuatur, aut quod Christo vicem rependant, qui in oblatione quã pro eis in cruce fecit, derelictus fuit in tam amara pœnalitate. Quid ergo mirum si presbyter qui Christum repræsentat varijs tentationibus exerceatur in oblatione eadẽ propter has causas aut alias, quæ diuina pietas electis suis expedire nouit, varie dona ipsis non necessaria dispensat, neque turbari nimium debẽt quasi ei non placeant opera ista sancta, quæ ex bona voluntate, licet arida, procedunt, vnde credendum est quod tunc amplius merẽtur, sicut solet exẽplificari de his qui proprijs stipendijs militant, vbi pro optima regula datur à sanctis doctoribus, vt celebraturus non tantum interroget si sibi deuotus appareat, recollectus & tranquillus, quantum si præcepta seruauerit dei, & seruare proponit, si quid in sentimentis suauibus ei additum fuerit, diuinæ largitati gratias agat, neque proprijs meritis ascribat, paratus carere quando deo placuerit. Insuper sciendum quod nonnulli magnam habent deuotionem & continuum, sed nesciunt aut non aduertunt se habere deuotionem, sicut communiter contingit illis qui semper in delicijs viuunt, putant se nõ deliciose viuere, quibus expedit valde, vt aliquando aduersis tangantur, quatenus vexatio tribuat eis intellectum vt grati sint, similiter plures bene viuunt & tamen putant se non bene viuere propter aliquã tentationem vel timorem superfluum. Sic contigit olim Galatis, quibus per increpationem Apostolus dicit: Currebatis bene &c. Ex quibus elicitur vna species humilitatis quod non iuxta propriam æstimationem debet

Gala.5 [margin beside "tellectum vt grati sint"]

debet qs seipsum facile iudicare an deuotus sit an nõ, Vel vtrum bene viuat aut non, si bonæ voluntatis fuerit, sed semper deo gratias agere quod tam pie eum respicit supra quam meruit, & non amplius derelictus est, sicut forte peccata præterita exigunt: q sic sentiunt, non paruam deuotionem habẽt. Hæc dicta sint pro qualicunq; consolatione illorum qui nimia scrupulositate vexantur, quando non habent deuotionẽ sensibilem trahentem eos ad celebrãdum. Dixit quidam notabile verbũ. Quando non sentio deuotionẽ tunc amplius festino ad celebrandum, vt acquirã mihi deuotiõem, veluti frigidus festinare solet ad ignẽ vt calefiat. Est etiam pro regula tenendũ quod quantumcunque largiter communicans percipit effectus huius venerabilis sacramenti, tamẽ semper quamuis hic in fragili carne viuit, imperfecte r efectionẽ hanc sumit & habet in futuro, aut scilicet in statu gloriæ ꝑfecte reficietur: quod autem dictum est quod etiã effectus huius sacramenti sit collatio gloriæ, sic patet, quia iam communicans factus est vnum cum Christo, ergo est filius dei per adoptionem, sicut ille per natutam: si ergo filius & hæres. Quod autem nõ statim introducitur hoc non est ex parte sacramẽti, sed ex parte sui, quia adhuc vinculo carnis hic tenet, quo soluto, si perfecte vnitus fuerit Christo, sempiternam gloriam fine mora percipiet. Vt autem perfecte vniatur, debet quamdiu viuit simul compati Christo quotidie crucem portando, quatenus postea cum ipso simul glorificetur vt Apostolus dicit. Roma. 8. Roma. 8.

¶Paradoxum sextum.

SExto est aduertendum quod sunt plures alij indirecti effectus ipsius benedictæ eucharistiæ, quos digne communicans consequitur per quandam concomitantiam ad effectum principalem, qui effectus etiã nulli alij communicari possunt, sed tantum manent in sumēte sacramentũ sicut effectus principalis. Huius ratio sumitur etiam ex speciebus sacramentalibus & vsu earum: quia bonus cibus & potus principaliter quidem bene nutriunt &c. ad bonã autem nutritionem sequitur communiter bonus color in facie, pulchri crines in capite, cutis lenis in corpore toto, & alia similia. Sic in præsenti est similiter dicendum, quia enim per hoc sacramentum homo magis vnitur deo per augmentum charitatis, restat quod efficiatur amicus dei specialis & secretus ac familiaris, vñ quicquid talis amicitia solet generare inter homines suo modo naturali, hoc solet istud sacramentum benedictum causare inter deum & hominē modo suo gratioso: amicorum autem idē est velle & nolle, igitur nō solum illas magnas gratias supra tactas Christus confert digne manducanti se, quæ sunt simpliciter necessarie ad salutem, verumetiam alias quæ sunt debene esse quæ spectant ad quandam decentiam siue ornatum animæ, & ponuntur communiter tres, scilicet dimissio venialium, relaxatio reatus pœnæ, & præseruatio à peccatis futuris. Ex his plura alia in monilia pulcherrima pullulant, quibus Christi sponsa, id est, anima deuota ornatur, ne maculam vel rugam contrahat, sed vt sit tota speciosa sicut lilium inter spinas.

Ex pri-

Ex primo nanq; sequitur q̃ ille decor vultus quem tu multus venialium sine intermissione fuscare solet ve- Isaiæ.62.
limus nolimus per huius sacramenti efficaciam reui Can.2
rescit. Peccata enim venialia decolorant animam, & fuscam reddunt, ac Christo eius sponso minus gratã. Ex secundo anima decoratur sicut crinibus pulchris. sponsa enim quæ crines nõ habet, scabiosa & immũda reputatur: sic anima quãdiu purgabilia habet Christo perfecte coniungi non potest: & ideo ipse eam per hoc sacramentum perfecte ab omni reatu pœnæ mũdat. Ex tertio anima vestitur ac tegitur quasi cute lenissima, placidissima & serenissima. Spõsa enim si pellem habet rugosam, rigidam & vlcerosam, aspernabilis est: sic anima quãdiu subiacet varijs concupiscẽtijs & passiõibus ac alijs motibus turbulẽtis in Christi amplexus non admittitur, & ideo eam per gratiã huius sacramenti à fomite purgat, & à malis inclinationibus refrigerat & præseruat, ne iterum in pristinam turpitudinem corruat, quatenus ei iugiter adhæreat iam mundata, decorata, præseruata. Quãdo igitur sentimus nos rarius peccatis venialib⁹ subdi, carnalibus motibus agitari, passionibus vrgeri, iracundiæ facibus succendi, indignatione inquinari, suspicionibus fatigari, impatientiæ vicio rotari, iuuenilibus desiderijs inflammari, iudicijs temerarijs inquietari, cæterisq; quotidianis indiscretionibus & defectibus substerni: tũc gratias agamus corpori & sanguini saluatoris nostri Iesu, quoniam suum effectũ operatur in nobis, & quia per hæc omnia supra dicta, promouetur homo in amicum dei, specialem secretariũ

ac familiarem: ideo plura alia specialia secreta ac familiaria dona nõnũquã digne communicans consequit, quę mihi ac mihi similibus penitus ignota sunt, quare amplius aliqd de his scribere verecũdia phibet. Hoc tamen addendum est, quod pro charis suis aut aliĳs pro quibus volunt fiducialiter intercedere possunt, & crebro facilime exaudiuntur. Item quod efficiuntur omnibus suis inimicis fortiores, iuxta illud Chrysostomi: Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus, terribiles effecti diabolo, scilicet virtute Christi. Sed forte dicat aliquis: Si tanta pręstantur presbytero digne celebranti aut aliter digne communicanti, mirum est quod prohibẽtur quidam propter leuem aut nullam culpã abstinere à sumptione tam salutaris sacramenti, & quod etiam laici rarius admittuntur. Dicendum quod hoc fit ad præcauẽdum periculum contẽptus siue paruipensionis quod accidere solet circa quotidiana, & ideo institutus est debitus modus, locus, tempus & c̃. ad prouocandum affectum humanum vt reuerenter se habeat circa tãta mysteria, etiam sanctis angelis pauenda. Et tamen sciendum quod spiritualiter manducare quotidie possunt, imo sæpius qualibet die videlicet desiderãdo cõ-

Oratio. munionem ipsam humiliter dicendo sic: O domine quam libenter iam celebrarem vel communicarem si paratus essem, sed quia hoc mihi iam non licet, rogo clementiam tuam vt ad me spiritualiter venire digneris, & famelicam animam reficere & similia prout deuotio dederit tractãdo corde tenus institutionẽ huius sacramenti & causam eius, scilicet Christi passionem

nem: Hoc modo communicare, ſemper eſt ſecurum, omni loco & tempore & fructuoſum, & quandoque ampliorem percipit effectum, quam ſi ſacramentaliter communicaret, licet regulariter loquendo ipſa ſacramenti ſuſceptio plenius inducat effectum ſacramēti quam ſolum deſiderium ipſius. Vnde conſulendum eſt deuotis & abſtractis perſonis, vt ad min⁹ ſemel in hebdomada communicent. Nec eſt laudādum quorundam paſtorum exiſtimatio, qui taliū deſideria repellunt. Vtiq; ſacramentum medicina eſt, nec requiritur ante ſumptionē ſumma perfectio, quā ipſa deuota ſumptio paulatim introducit: licet in primitiua eccleſia quotidie fideles communicabant. Non valet igitur huiuſmodi quorundam paſtorum duritia.

¶Paradoxum ſeptimum

SEptimo eſt aduertendum quod ſicut ſupradictum eſt, hoc ſacramentum ſimul eſt & ſacrificium & ſacramētum, ſed rationem ſacrificij habet inquantum offertur: rationem autem ſacramenti inquantum ſumitur. Et ideo effectum ſacramenti habet in eo qui ſumit, de quo iam aliqua dicta ſunt. Effectum autem ſacrificij in eo qui offert vel in his pro quibus offertur. De quo iam reſtant aliqua hic ſubiungenda Et vt verū fatear, quantum conijcere poſſum vix apud paucos antiquos hęc materia reperitur explanata. Sed moderni doctores ſcilicet ſanctus Thomas, Albertus, Bonauentura & quidam alij plenius ipſam dilucidauerunt. Ratio eſt (vt cuidam placet) quia occaſio ſe non præbuit,

tunc

tunc propter feruorem deuotionis quam fideles habuerunt in illis diebus, qui non aspirabãt ad sacramẽtum propter rationem vtilitatis, sed charitatis. In his
Matt.24. autem dieb⁹ nouissimis abundãte iniquitate, & refrigescente charitate, amplius quærũt homines quę sua sunt, propter quod prochdolor multi presbyteri reperiuntur qui paratiores sunt celebrare propter vtilitatem sacrificij, quàm propter suauitatem sacramenti, vbi tamen cæca mente nimis decipiuntur. Si enim diuinam charitatem præponerent, vtiq; temporalis
Mat.26. vtilitas eis copiosius proueniret. Et sicut non omnes euangelium enunciant propter salutem audientium,
Luc.22. 23 sed propter questum, ita non omnes sacrificant propter honorem diuinum, sed propter commodum proprium. Ecce quanta mala facit cupiditas vsq; adhuc, quę olim fecit inuidia Cayphas, Pilat⁹, & synagoga illa sathanę, vt Christum filium dei benedictum vẽderent & impie occiderent: hoc deinceps operatur in vasis perditionis vsq; nunc, vt eundem in hoc veterandissimo sacramento mercationi exponãt ac indignis manibus sacrificare non expauescunt. Et vt breuiter ad propositum veniamus, fertur nonnullos fuisse ita hac miserabili lue cupiditatis excęcatos, vt indifferẽter oblationes & eleæmosynas aut redditus fidelium susciperent, nec quicquam amplius præter solita suffragia pro ipsis facerent, dicentes hæc vel similia verba: Capiamus quicquid venit, vna missa melior est quàm aurum totius mundi, sufficit semel celebrare pro omnibus. Fuerunt & alij qui dixerunt modestius quidem, sed non minus impie fecerunt. Dixerunt nanq;, pro-

mitta-

mittamus quidem eis quotcunq; missas petierint, nos tamen nõ obligamur eis: quia missæ emi nõ possunt, alioqn simoniaci efficeremur. His & aliis modis varijs ritum ecclesiæ subuerterunt. Quod videntes sancti doctores occurrerunt abusioni & ignauię isti nepharię, materiam hanc declarantes ad liquidũ, ne solita obseruantia pię matris ecclesiæ (quã spiritussanctus indesinenter & ineffabiliter regit) obliteraretur: & fundant se communiter in hac consuetudine solẽni quam ecclesia obseruauit semper vsq; hodie, applicata ratione huius termini sacrificium cum allegationibus scripturarum & autoritatibus antiquorum, & quibusdam exemplis fide dignis. & vt introitum habeamus ad plenam huius mere notitiam inquirẽdam. ¶ Est primo notandum q; sicut effectus eucharistię sub ratione sacramenti sumitur ex ipsis speciebus sacramentalibus, ita effectus eiusdem inquantum est sacrificium accipi debet similiter ex aliquo corporali & nobis notissimo principio siue operatione exteriori, per cuius similitudinem ducamur in cognitionem spiritualium, quod est commune omnibus sacramentis & sacrificijs. Sicut enim aqua lauat sordes corporis, ita baptismus qui per aquam exhibetur lauat sordes animæ, id est, peccata: & sicut panis & vinum nutrit corpus, sic sacramentũ altaris sub ratione sacramenti quod sub speciebus panis & vini cõtinetur, nutrit animam: pariformiter sicut munus vel opus gratum placat hominem cui impenditur, ita sacrificium altaris quod in specie muneris & corporalis operationis perficitur, placat deum cui offertur. Sacrificium enim

enim dicitur quasi sacrum factum in honorē soli deo debitum cum aliqua solennitate ad eum placandum, & hęc est propria acceptio huius termini, sicut in proposito vtimur eo, generaliter tamen sacrificium potest dici quicquid fit a d honorē dei siue spiritualiter, siue corporaliter, iuxta illud. Sacrificium deo spiritus contribulatus &c. Et sicut duo sunt modi manducandi, scilicet sacramentalis & spiritualis: sic etiam sunt duo modi sacrificandi, scilicet solennis siue exterior q non debet nisi vno modo fieri: sicut de sacramento dictum est, alius est spiritualis siue interior qui, omni loco & tempore fieri potest iuxta illud. Omni tempore benedic deum. Et illud. Oportet semper orare & nunquam deficere. Item: Benedicite domino in omni loco dominationis eius &c Applica cōsequenter sicut supra: Quomodo scilicet primus modus est cum periculo, quia potest indigne fieri, secundus semper fit secure, nihilominus ipsum sacrificium realiter exhibitum cum debita cordis compunctione perfectius est & plus impetrat. Et sicut consecratio non potest fieri nisi per sacerdotē, sic nec immolatio. Fideles autem vtrunque participant. Ecce iam habemus fundamentum siue principium ex quo vlterius procedere possumus. Docemur nanq; per ista exteriora & corporalia, qualiter interiora & spiritualia ordinare debemus, & hoc valde est nobis connaturale & suaue, quia omnis nostra cognitio à sensu initium habet. Vnde sicut ad oculum videmus quod qui est in gratia alicuius principis illi solet propinare aliquod charum munus vel exhibere aliquod gratum obsequi-

Psal. 05. Tob. 4. Lucæ. 18. Psal. 103.

am, vt in gratia eius permaneat ac magis crescat. Et si ita fit, & ille princeps virtuosus ē, tunc ab amico suo gratanter ista recipit, quia videt bonam voluntatem eius, & multa maiora illi reddit & maxima promittit in futurum. Insuper si aliquid ipsi debet libenter dimittit & totum relaxat quicquid illud est, propter feruentem amorem quem in eo considerat, prouidet ei etiam de omnibus necessarijs, & ab inimicis defendit: nec quicquam ei negat, quæcunq; iuste & pie desiderauerit. Et quanto crebrius huiusmodi munera vel obsequia prestiterit, tanto charior efficitur vsq; ad perfectam amicitiam. Quod si alter aliquis eadem munera & obsequia prestiterit, cum minore tamen studio placendi, gratius quidem est, minus tamen impetrat & min⁹ ei dimittitī si debito obnoxi⁹ teneaẗ. Si tertius adhuc minus diligit, minus etiam impetrat. Si quart⁹ vltra hunc adhuc in minore amicitia fuerit, etiam secundum hoc recipiet, & sic de omnibus alijs pari modo erit iudicandum. Princeps enim virtuosi magis affectum pensant quam donum. Nihilominus tamen propter innatam sibi probitatem neminem aspernantur, quātumcunque etiam parum obsequij aut dilectionis impenderit, nec eos quos aliquomodo beneuolos considerant etiam si nihil habent irremuneratos abire sinunt. Contingit etiam nonnunquam ꝙ amici huius non possunt venire ad præsentiam principis ita ꝙ per nuncios mittere oportet quæ libenter ei ꝓpinarent: tunc si nuncius bonus & fidelis est, multum confert ad gratiam impetrandam: si malus nihilominus princeps propter charitatem mittentis gratamer

tanter recipit. Si autem infidelis fuerit nuncius & fur, & non repræsentat, tunc multiplex damnũ sæpe mittens incurrit, quamuis gratiam principis nõ amittat, fur tamẽ suspẽdium non effugiet. Similiter & malus nuncius offerendo gratum munus, alijs gratiam, et si bi ipsi quandoq; patibulum procurat, dicente principe, munus reseruate, sed portitorem suspendite, quia impius est. Per hæc autem similia oportet nos deueni re in cognitionem eorum quæ non videmus aut non intelligimus. Potestas enim & status huius mundi adeo est exemplatus ab illa superna curia, cuius conditor & gubernator deus est. Applicando igitur paradigma nostrum ad materiam pręsentem, dicim° quod princeps virtuosus dominus deus est, amici ei°, qui nondum ad faciem eius peruenire possunt, boni sunt Christiani. Quorum quidam perfecti sunt, quidam imperfecti in charitate: munus tamen quod offerunt cum grato obsequio, sacrificium altaris est cum operibus misericordiæ & alijs virtutũ exercitijs. Nũcij qui illud deferunt sunt presbyteri, qui si in charita te sunt, multum prosunt propter orationes & deuota desideria, si non & tamẽ celebrant, tunc alijs prosunt, & sibijpsis nocent, si celebrare negligunt pro his quo rum debitores sunt, tunc tam sibijpsis quam etiam il lis multipliciter nocent. Et quia in seruitio tanto indi gne & infideliter agunt, certa damnatio eis prouenit a iusto iudice, nisi in hac vita misericordiam consequantur.

¶ Paradoxum octauum.

Octauo

Octauo est aduertendum pro amplio- ri declaratione pręmissorum, quamuis ecclesia nō habet nisi hoc vnū sacrificium, tamen melius prouisa est quā olim fuit synagoga quæ plura habuit. Et hoc propter tria quę in donarijs placatiuis maxime attēdi solēt. Primo propter ipsius preciositatem & dignitatem. Secundo propter ipsius vtilitatem & commoditatem. Tertio propter ipsius efficatiam & virtuositatē. Hæc nanq; reddunt quodlibet munus acceptum & per consequēs placatiuum. Primo istud venerandum sacrificium pręciosius & dignius est quam omnia sacrificia legalia, quia in eo cōtinetur verus filius dei & filius virginis Mariæ Christus Iesus, rex regū & dñs dominantiū, & passio eius repſentata, quare nō solū ē gratū propter deuotionē afferētis, sicut illa, sed etiā gratissimū, ppter seipsum, neq; vnq̄ de isto dici potuit sacrificiū & oblationē noluisti aut nō placuerūt tibi &c. sicut de illis scriptū legimus. Scdo est cōmodius & vtilius q̄ oīa illa. Hoc patet. Nā ritus eius modestissimus est sine omi grauitate, mūdissimus sine omi impuritate, facillim⁹ sine omni difficultate, simplicissim⁹ sine omi curiositate, ecce q̄ cōmodū est. Dr̄ eñ cōmodū q̄si cū modo datum. Vsus eius etiā vtilissimus est, qa cū sit minime pciositatis q̄ ad materiā, & minime difficultatis quo ad exercitiū, ac minime solicitudinis q̄ ad pparationē, tñ omnibus illis aufert q̄ fuerūt valde ptiosa, operosa & curiosa, q̄re etiā dicū graue iugū q̄d nō potuerūt portare patres illi, licet cōueniēt fuerit impositū durę cer

Apoc. 19.

Psal. 36.

Commodū quid.

Actu. 15.

uici. Reuera nõ possunt fideles cõqueri de hoc sacrificio & dicere: Quid tẽtatis ĩponere iugũ grauissimũ in humeros nr̃os q̃d nobis ꝓdesse nõ poterit: sed magis gr̃as toto corde agamus dño piissimo, q suauissimũ memoriale & munus peculiare ac solatiũ speciale nobis in hoc sacrificio reliqt, quo salubrit̃ vti possumus ad oĩa q̃ nr̃ę saluti expediũt. Tertio istud sacrificiũ venerãdũ, est maioris efficatię & virtuositatis ad placandũ & impetrãdũ q̃ tota illa grãdissima cõgeries legaliũ victimarũ, hoc Apostol⁹ aperte dicit ad
Roma. 8. Romanos: Qui etiã ꝓprio filio suo nõ pepcit, sed ꝓ nobis
Hæb. 5. oĩbus tradidit illũ. Quõ nõ etiã cũ illo nobis oĩa donauit: ipse nãq; cũ lachrymis & clamore valido offerens semetipsum exauditus ẽ ꝓ sua reuerentia, & factus est oĩbus obtẽperãtibus sibi causa salutis, q̃re in nihil dãnatiõis aut desperatiõis siue pusillanimitatis aut desidẽriæ est his q̃ sunt in Christo Iesu. Hæc sunt nobis maxime cõsolatoria & iocunda. Quãdiu eñ in hac lachrymarũ valle sumus, nõ sic sum⁹ oĩpotẽtes aut oĩsciẽtes sicut sumus oĩuolẽtes. Multa siqdẽ volum⁹, sed pauca scimus, & adhuc minus possumus. Et ideo si nõ haberemus informãtẽ & adiuuantẽ inter tot & tanta pericula, nihil restaret nisi desperare: sed in hoc summe cõsolamur q aliqd possumus p gratiã bonæ volũtatis facere, per q̃d meremur illud adipisci q̃d ex nobis nõ haberemus sciremus aut possemus. Hoc aũt fit per huius salutaris hostiæ immolationẽ. Nã oĩa q̃ iuste aut pie à deo possumus petere, p eã possumus efficaciter impetrare. De hoc nullo mõ est dubitandũ, liogn nõ haberemus rectã fidẽ: sicut eñ sacramẽta ef
fici

ficiūt q̄d significāt, ita etiā sacrificia efficiūt q̄d significant, ꝓpriū autē sacrificiorū significatū est q̄ deus p ea placat. Igit si rite exhibent verissime deū placāt, deum honorificāt, deū ad clementiā ꝓuocāt, & nobis q̄d petim⁹ impetrāt. Quod si alia minora sacrificia hoc potuerūt, quāto magis istud excellētissimū q̄ nullū aliud nedū est, sed nec esse poterit dignius. Sed forte dicat quis: Quę est digna p̄paratio ad rite sacrificandū? Rñdet q̄ eadē q̄ est rite cōmunicandū. Si vis digne sacrificare, stude digne cōmunicare, & ecōtra nihilominus vltra rationē sacramēti hoc habet sacrificiū speciale, q̄ illis ꝓ q̄bus offert impetrat cōtritionē si in mortalibus peccatis sint, dū tñ ipsi nō ponāt obicē grāe, sacramentū aūt semp obest indigne sumētib⁹. ¶Queritur etiā q̄ sint illa specialit ꝓ q̄bus solet ecclesia sacrificare. Rñdet q̄ ꝓ illis q̄bus solet orare, vt clare patet in officio Missæ & in Canone, vbi orōnes p̄cedūt, & sacrificiū subsequit. Et iterū orōnes q̄dam supponunt quasi ꝓ gratiarū actiōe & confirmatione illorū, q̄ iā cōsecuti sumus. Oramus aūt cōmunit loquēdo ꝓ duobus, scilicet ꝓ bonis consequēdis, & ꝓ malis remouēdis. Insuper oramus vt bona collata nobis multiplicent & cōseruent. Bona aūt sunt duplicia, scilicet corporalia & spiritualia, siue tēporalia & ęternalia, aut exteriora & interiora, quæ oīa nobis à dño dari petimus. Corporalia sunt sanitas, ꝓsperitas, pax, tēporatus aer, fruct⁹ terrę, domus, vestimentū, cibus, potus, & oīa alia quę ad hūanā necessitatē, vtilitatē ac honestatē ꝑtinēt, pro q̄bus orat ecclesia & sacrificat, quia nō possumus sine his viuere in hoc fragili corpore, iuxta illud Sapiētis: Bona dupli cia peten da a dño.

Pro.3. Dauictui meo necessaria. Bona spūalia sunt duo, scilicet grā & gloria. Ad gratiā ptinent oēs virtutes, dona spiritussancti, & alia similia. Ad gloriā ptinet visio dei, societas sanctorꝫ & glorificatio corporū &c. Scdo petimus, ꝓ malis remouendis, q̄ sunt in duplici differētia, qa quoddā ē malū culpæ, vt pctā & vicia, q̄ddā pœnæ. Et hoc dupliciter, aut æternæ, vt infernus: aut tēporalis, vt multiplex afflictio, infirmitas, bella, pestilentiæ, caristiæ, purgatoriū & similia, pro qbus oībus amouendis & mitigādis, & auertēdis sancta mater ecclesia orare & sacrificare solet, & ad hoc habet aptissimas preces & collectas, & informatiōes in officio suo per circulū anni, semper concludēdo in Christi nomine, quia etiā semper exaudit ad salutē. Qui aliter petit non fideliter orat, sed gentiliter postulare videtur, & si exauditur magis cedit sibi in periculū quā suffragium. Ex quibus patet ꝙ quæcunq; per hoc sacrificium impetramus, secure accipimus, quando etiā ad votū nō exaudimur, tunc nequaquā æstimare debemus nos repulsos, sed constanter tenere, hoc meli⁹ nobis esse negatum. Et hæc est valde magna gratia, quando non datur quod obesse posset, sicut pius pater, puero cultellum tradere non vult ne se lędat.

¶Paradoxum nonum.

NOno est aduertendū quā sit salubre sacras hostias immolare, q̄d ex iā dictis clare patet. Vñ cōsulendū est vniuersis fidelibus cuiuscunq; status aut cōditionis, siue peccatoribus, siue iustis, ꝙ diligent̄, ꝓcurēt, ꝓ se fieri missas si possunt,

si non

si nõ habeãt sacerdotẽ aut solatiũ sustẽtãdi ipsum, tũc libent audiãt diuina cũ bona volũtate & sufficit dño, dicentes hæc aut similia: Tu dñe misericordiarũ q vniuersa scis añq fiãt, tu nosti cor meũ q̃ libẽt tibi hoc dignissimũ sacrificiũ placatiõis immolarẽ si facultas adesset, sed qa mihi nõ dedisti vnde hoc possim, idcirco cũ pia fiducia offero q̃d habeo, bonã videlicet voluntatẽ, rogãs immẽsam clemẽtiã tuã, vt affectũ p effectu suscipias, & mihi in his periculis aut tribulationibus succurras, aut tali vel tali amico meo viuo, siue defuncto &c. prout res postulat & deuotio suggesserit, & si hoc in fide fecerit, impossibile est nõ exaudiri, qm̃ deus q nõ mẽtit hoc illi dabit q postulat, aut q̃d illi nouerit melius, tm̃modo assit fides, & oĩa erũt plana. Mirũ est q hũanũ cor tã tardũ ẽ ad fidẽ, vbi tot habet pignora diuinæ legalitatis, scilicet scripturã veridicã, martyres, cõfessores innumerabiles, quotidianã experiẽtiã, ac bñficia magna oĩbus cõmunia. De hoc in pphetis dñs plurimũ cõqueriť, q cũ oĩbus modis q̃rat occasionẽ bñfaciendi nobis, tñ vix reperiť aliqs q plene audeat se illi cõmittere, & hoc plurimũ ipsi placet, q bñ de ipso sentiamus, & fiducialiť ad ipsum curramus, siue in pspꝫis, siue in aduersis. In pspꝫis gratias agẽdo, & scti Iob exẽplo, ac alioꝝ antiqꝝ iustoꝝ hostias pacificas offerẽdo, hæc aut similia deuoto corde dicẽdo: Profiteor corã te largissime creator vniuersoꝝ q de manu tua cũcta q̃ habeo mihi puenerunt, idcirco de tuis donis offero tibi sacrificiũ laudis p manus sacerdotũ tuoꝝ, humiliter gratias agẽs bonitati tuę, ac supplicãs, vt doceas me ita tẽporalibus vti, quate- Iob. 1. Oratio.

 nus

nus per ea merear peruenire ad æterna &c. In aduersis opē postulādo, ne deficiamus, ita dicendo aut similia: Dñe clemētissime tu nosti q̄ nō est in me tāta fortitudo, vt me de his periculis eruere possem, idcirco tibi offero sacrificiū istud gratissimū, rogās te vt mihi subuenire digneris in his & in omnibus, ac clemēter liberare, quatenus hoc bñficio tarditas mea, ꝓuocata, nullū aliū p̄ter te q̄rat cōsolatorē & ꝓtectorē. In hūc modū aut cōsimilē poterit q̄s dirigere intētionē suam pro se aut aliis in oībꝰ iustis & piis causis, & absq; dubio sentiet auxiliū in tēpore opportuno. De hoc etiā q̄plurima sunt exēpla, q̄liter q̄dā à variis piculis sunt p̄seruati, q̄dā liberati, q̄dā plura bona consecuti more antiquorū patrū. Refert B. Greg. de q̄dā captiuo cuius vincula toties soluebant in carcere, quoties, p eo salutaris hostia ab vxore immolata fuerat. Itē de alio q̄dā in rupe cōcluso, q mirabilit passus fuit p plures dies, virtute huius sacrificii, q̄d singulis diebꝰ, p ipso tāq̄ mortuo vxor sua obtulit, q tādē viuus extractus cuncta enarrauit: similit nōnulli percussi sunt à tonitruo & fulmine, illis tñ p̄seruatis, super quos sacerdotalis venit oratio, vel in fine missę benedictio. Alii in mari, in fluctibꝰ, in bellis, in pegrinatiōibꝰ ac aliis euētibus profecerūt, huiꝰ sacrificii ope adiuti, vbi alii dāna & pericula plurima pertulerūt. Sed q̄s finis esset, si cuncta narrare vellē, q̄ de hac materia scripta reperimus. Quicūq; esset aliq̄d magnū opus inchoare, siue aliquā grandē causam tractare voluerit, semper in sui auxiliū & consiliū, querat suffragiū huius benedicti sacrificii, cū plena fide, & diriget salubriter in oībus. Hoc

Oratio.

habe

habemus ſingulare in hoc ſacrificio, ꝙ cõſtantiſſima fide poſſumus ad ipſum orare, ſic aut ſimilit̃ dicendo: O tu latẽs veritas, o tu tecta maieſtas, o tu occulta bonitas, tibi humilit̃ reuelo cauſam meã, exaudi ꝓpicius, certe teneris ex ꝓmiſſo, vt q̃d nos ad fidendũ & orandũ prouocas, ſi iuuare & audire nolueris. abſit hoc à te. Et q̃a ſic iuſſiſti, vt in te ſpem noſtrã ponamus, teq́ꝫ Iohan. 16. patri offeramus, q̃m quicq̃d ab eo petierimus in nomine tuo, fiet nobis. Ecce quod iuſſiſti iuxta modulũ noſtrũ facim⁹. Tu igit̃ piiſſime ſaluator reddere ne differas quod ꝓmiſiſti. etc. prout vnctio docuerit, in hũc modũ plures ſancti ab eo mirãda impetrarũt, clamãtes in fortitudine quaſi vim faciendo, ꝙ miſericordiſſimo domino plurimũ placet, iuxta euãgelicã parabolam de iudice iniquo, q̃ nec deũ timebat, nec hoĩes reuerebat̃, tamen propter moleſtiam viduę victus fuit. 1. Iohan. 5. Lucæ. 18.

¶ Paradoxa decimum.

Decimo eſt aduertendũ, ꝙ ſacrificiũ venerandũ altaris vltra iã dicta, etiã habet vim ſatisfactiuã, aut effectũ p̃cij ſatisfactiui, quia ſicut pecunia ſatisfacimus creditoribus nr̃is, ita per oblationẽ huius ſacrificij ſatisfacimus deo pro multis debitis noſtris. Sum⁹ aũt q̃druplicit̃ deo debitores, primo q̃a nos creauit, ſc̃do q̃a nos redemit, tertio q̃a vitã æternam promiſit, quarto quia multiplicit̃ eum offendimus. Et ſi pro q̃libet iſtoꝝ noſipſos ei totalit̃ daremus, quid aũt quantũ eſt? Ecce habemus ad manum, cui fiducialiter dicere poſſumus: Domine vim patior rñde pro me, tu ſufficis pro oĩbus & ſingulis, teipſum Iſaiæ. 38.

tibi ipsi sacrificamus mõ q̃dã mirabili, teipsum patri tuo et spiritui s͡cto reddimus, p infinitis debitis nostris, vñ si hoc pfecto corde fecerimus satis est, nec vltra à nobis aliquid requiret. Sed quia vera perfectio paucissimorꝝ est, ideo, p informatiõe & cõsolatiõe impfectorꝝ necesse est hic aliquid plus annotare. Vñ notandũ q si satisfactio debet esse iusta, tunc oportet q fiat de proprio, alioquin nihil valet. Nõ em̃ possum de alienis bonis satisfacere creditoribus meis. Et ergo si debemus per immolationẽ huiꝰ sacrificij iuste satisfacere deo, oportet dicere q istud sacrificiũ ẽ nostrũ, & bñ dicit, & mirabilit dicit, neq angeli id dicere audent quõ nos, ergo mirabilit, sed tñ verissime dr. Si q̃rit q iure, rñdet q neq iure creatiõis, neq iure redemptiõis, aut emptiõis, aut aliquo alio iure commutationis ciuilis vel canonice, quia secundũ oẽs hos modos ipse possidet nos, velimꝰ nolimus. Neq em̃ ipsum creauimus aut redemimus, sed ipse nos: q̃re oportet dicere, q iure donatiõis, & hoc verꝝ est, qa gratuita charitate seipsum donauit nobis. Ecce mirabile, possidemus possessorẽ nostrũ. Dedit seipsum nobis qui creauit nos. Ad hoc aũt nobis aliquid datur vt fiat nostrũ, & à nobis habeat. Habere aũt dicimur illud q̃ libere possumus vti vel frui vt volumus. Et ergo constanter tenendũ est, q pro debitis nostris iustissime dño deo satisfacere possumus per istud sacrificiũ, quia veracit nostrũ est. Et quia dignissimũ est, ideo nõ ẽ nobis formidandũ quasi non possit sufficere, est em̃ p̃ciosissima res q̃ vnquã fuit aut erit. Quõ aũt pro debito creationis, redẽptiõis aut multiplicis gratię satisfacimus deo

per

per ipsum q̄si gratias agendo ex charitate perfecta, p
quā fit plena possessio eius, supra dictū est. Sed qa hoc 3. Reg. 8.
raȝ est eo q̄ non sit homo sup terrā, q̄ nō peccet saltē Iaco. 3.
venialit̄, & in multis offendimus oēs: ideo nunc sequi
tur aliqd dicēdū de quarto debito, videlicet multiplici
cis offensę. Est etiā supra dictū, quō p hoc sacrificiū im
petrat̄ grā cōtritiōis, per quā delēt̄ur mortalia. Simi
liter quō remittunt̄ venialia, & sic restat solū dicendū
de satisfactiōe pœnali, p peccatis q̄ habet fieri per hoc
sacrificiū. Et vt plane istud intelligat̄, iteȝ dat̄ exēplū
de principe virtuoso, iusto & pio, q aliquē crimino-
sum hominē ad gratiā suscipit ex pietate, vt non occi
dat̄, put meruit, superaddit etiā ei victū & vestitū, &
alia necessaria, nihilominus tñ ex iustitia imponit ei
aliquā pœnā ad tēp°, quā sustinere ipsum oportet, nisi
aliūde habeat vñ satisfaciat, sicuti dñs deus clemēt̄ pec-
catorē propter pœnitētiā ad gratiā suscipit, & ei gra
tiā p̄seruatiuā largit̄, ne iterum in pc̄tā corruat, & alia
dona plurima, tñ satisfactionē pœnalē ab eo reqrit,
exigente iustitia, quā hic aut in futuro ipsum etiā sol
uere necesse est, nisi alius satisfaciat diuinæ iustitiæ, p
eo. Pariformit̄ sicut idem princeps dilectos & fideles
seruos suos pro modica offensa nō abijcit, tñ eos cor
ripit & castigat. ita dñs deus electos suos, q iā in gra-
tia sunt, ,ppter venialia nō damnat, tñ iuxta quantita-
tē delicti etiā p minimis, aut in purgatorio punit, si sa
tisfacere negligūt, eo q̄ nullū malū manebit impunitū, sic Iob. 24.
nec vllū bonū irremuneratū. Prouidit autē saluator
noster ecclesiæ suæ de multis adiutorijs, & operibus
satisfactorijs q̄ facilit̄ possunt ab vnoq̄q; fieri in hac

vita, per q̄ grauissime illæ pœnæ & horrēdi illi cruciatus purgatorij, aut minuūtur vel abbreuiant̄, aut certe totaliter excludunt̄, sicut sunt ieiuniū, oratio, eleæmosinę, peregrinationes, indulgentiæ, & cætera similia, & super omnia missarū celebratio, in quibus hoc dignissimum sacrificiū offertur, quod ratione passionis Christi quam repræsentat, est summe expiatiuum debitæ pœnæ, hic aut in futuro exoluendæ. Et sic patet q̄ sacrificium istud benedictum, non solum placat sed etiam impetrat, & nedum impetrat, sed etiam satisfacit. Nam placat diuinam maiestatem, vt culpam dimittat, prouocat diuinam maiestatem, vt gratiam conferat, inclinat diuinam iustitiam, vt pœnam remittat. Et merito, quoniam cum sit gratissimū, ideo maxime impetrat, & cum sit preciosissimum, ideo maxime satisfacit: Sed forte dicat quis, si hæc ita sunt, quare ergo vna missa non sufficit ad deletionem totalis pœnæ om̄ium fidelium, aut certe cuilibet vna pro omnimoda ablutione debitæ pœnæ, etiam quātęcunq̄ꝫ Dicendum ad primum, quod quamuis meritum passionis Christi plenissime sufficiat, tamen diuina sapiētia ita ordinauit, quod quilibet debet aliquid facere, p seipso, sicut etiā in naturalibus aperte videmus, quod omnia viuentia sollicita sunt pro sui conseruatione & saluatione, quamuis deus æque faciliter vniuersis prouideret, neq̄ꝫ indigeret huiusmodi cooperatione creaturarum, tamen hoc non facit ne vacua sint opera sapientiæ ipsius, ita etiam meritum Christi copiosissimum, non prodest alicui nisi ei se applicauerit

per si

per fidem & charitatem. Ad secundum dicendum, q̄ certe vna missa sufficeret vni, imo supsufficeret, quantum est ex parte sacrificij, sed quod plerunq̄ aliter cõtingit, hoc est ex parte hominis se non sufficienter applicantis, faciẽdo quod in se est. Et datur exẽplum de principe thesaurum suum aperiente, pro liberatione populi sui, atq̄ dicente: accipiat vnusquisq̄ quantum sibi sufficit, & redimat se, quod si tunc aliqui sunt negligentes, aut compediti, manebũt captiui: nõ tamen hoc venit ex parte principis vel thesauri, sed ex parte ipsorum, quia non volunt aut non possunt thesaurũ attingere. Sic dominus Iesus dicit electis suis, ecce trado vobis meritum acerbissimę passionis meę, quo ego non indigeo, studeat quilibet inde accipere quantum sibi satis est, & soluat pro se, vt libere post hãc vitã euolare possit ad me, quia hoc mihi gratissimũ est, alioquin tanta pœnalitas & labor meus inanis esset. Sed quidam sunt impotentes, scilicet illi qui in purgatorio sunt, nec se iuuare possunt, ideo necesse est vt per alios huiusmodi meritũ eis applicetur. Alij vero sunt negligentes, qui scilicet dum viuunt, tempus vane expendunt, seipsos negligunt, neque vt deberent sibi prouident in futurum, ideo non mirum si eis precium Christianę redemptionis non proderit pro expiatione debitæ pœnæ. Qui autem perfecte se applicant penitus liberanť. Hæc vero applicatio videť dependere ex rõne sacramẽti sicut supra dictũ est, quia q̄ perfecte cõmunicat, pfecte sacrificat. Perfecte aũt cõmunicare, ẽ Chr̃o perfecte cõiũgi, & q̄ manet in Christo

sto, debet quẽadmodũ Chr̃s ambulauit & ipse ambu lare. Frustra nanq; appellamur Christiani, si imitatores nõ sumus Chr̃i, & iustũ est vt illã mansuetudinem & humilitatẽ eligat seru⁹ quã sectatus est dñs, & ideo
1. Pet. 2. Chr̃s dicit se esse viã, vt sua cõuersatio sit forma discipulis. Qui sic Chr̃m sequũt digne, & pfecte sacrificãt, nec alia purgatiõe opus habẽt, qa iã sunt vnũ cũ ipso.
Iohan. 14. Chr̃s eñ lux est, peccatũ tenebra, hõ in medio stat. Et quia nulla potest esse societas luci ad tenebras, ideo quãdiu homo habet aliqua peccata, etiã minima perfecte Christo vniri non potest, & quanto amplius re
Iohan. 1. 8 cesserit ab omni peccato, tanto magis appropinquat
10. 12. Christo, & econuerso. Si aũt nihil habet de luce, tunc
2. Cor. 6. ad Christũ non pertinet, quia in tenebris est, & mortalibus grauatus, neq; purgari potest, sed in æternum damnabit̃, si p pœnitentiã renatus nõ fuerit. Sed forte dicat adhuc aliqs: Quid mihi ꝓdest celebratio missæ, qñ oĩa q̃ iã dicta sunt possum ĩpetrare à deo, siue effectum sacramenti, siue sacrificij, per nudã orationẽ, dicente domino: Quęcunq; orantes petitis, credite quia accipietis. ergo videtur ꝙ oĩs exercitatio exterior ma gis impediat q̃ promoueat effectũ orationis. Similis instantia posset fieri contra omnia sacramenta, & ex
Mat. 6. ercitia cerimonalia ecclesiæ. Rñdetur ꝙ tẽpore B. Au
Mar. 11. gustini fuit ista obiectio vehemẽt̃ p cathecuminos &
Lucæ. 11. hæreticos replicata contra fideles. Vnde & quidã fue runt qui dixerunt: Quare deberemus baptizari, cum baptismus nõ prosit nisi credẽtibus, ecce iam nos credimus & bene viuimus, qd aqua vltra nobis cõferre poterit? Nonne multi baptizati pessime viuunt? Simi

liter

liter & quidã moderni hæretici de secta Vualdẽsiũ, dixerũt contra istud venerandissimũ sacramentũ ꝙ nõ esset curãdũ de ritu eius, nec ei assurgendũ, vel aliq̃ reuerentia exhibenda, quando quis internã sentiret deuotionẽ, quia magis pro tũc deberet vacare internis speculationibus, quã occupare se cũ exterioribus. Et alia multa friuola sane fidei contraria confinxerũt, q̃ per ecclesiam damnata sunt. His & similibus dicendũ est illud Apostoli: Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Ita enim diuina sapiẽtia ordinauit, ꝙ nullus de communi lege internam gratiam consequitur sine exteriori professione sacramẽtorum, ad minus in voto. Huiusmodi autẽ cæcitas hæreticorum contingit ex hoc, ꝙ non valent aut nõ volunt plene intueri mysterium scripturarum, sed hinc inde quasdam particulas rapiunt, & pro libitu contumaciter exponunt, & damnabiliter se & alios decipiunt. Nonne ad minus debuissent aduertisse, quibus p̃ dicta verba Christus dixerit: Quicquid orantes petitis fiet vobis. Nunquid hoc dixit hæreticis & calũniatoribus aut cõtemptoribus sacramentorũ? Nequaq̃. Nonne si tales affuissent dixisset, Ve vobis scribe & pharisei, qui deuoratis domos viduarum & pupillorum, simulantes orationem longam, qm̃ nõ quod petitis fiet vobis, sed iudicium maius æternæ damnationis accipietis? Sed quibus dixit verbum bonum & suaue: Quodcunq; petitis orantes fiet vobis? Dilectis discipulis & Apostolis suis, quasi diceret: Vos qui facitis voluntatem patris mei qui in cœlis est, vere & nõ ficte oratis, ideo quæcũq; in tali oratione petitis fient vobis

Roma. 1
Lucæ. 11.
Matt. 23.
Lucæ. 20.
Mar. 11.

vobis. Vos inquam qui non superbitis contra me & sacramenta mea, sed humiliter submittitis capita vestra diuinæ sapientiæ meę, petẽtes eo ordine gratiam quo ego volo, scilicet per vasa & instrumẽta ecclesiæ immaculatæ sponsæ meæ, vos & omnes quicunq; hac synceritate me rogant, exaudiam. Et hoc certissime ẽ tenendum, ꝙ nulla deuotio aut oratio deo accepta ẽ, nisi virtute huius venerabilis sacramẽti. Similiter nul la oblatio vel satisfactio grata erit nisi ratione huius sacrificij dignissimi. Igitur quando facultas adest studeamus libenter communicare & sacrificare. Quando non adest tunc bona voluntas sufficit domino. Neq;
Gene. 4. Gene. 14. Ge. 16. 17. Exo. 13. 38 oblatio Abel, Melchisedech, Abrahæ, Mosi & aliorũ omnium placuisset deo, si non isto modo intẽtionem suam regulassent. Nec valet obiectio illa qua dicitur quod plures sancti martyres & eremitæ fuerunt, qui pene nunquam communicauerunt, & sine sacramentis obierunt, & tamen perfectissimi fuerunt, quia omnes illi idipsum in maximo voto habuerunt, & ꝗ tundam votum etiam diuinitus impletum fuit, sicut legitur de sancta Lucia, & Maria Aegyptiaca & alijs multis. Vnde ob hoc, sancti patres in testamentis suis communiter pro vtilissima doctrina reliquerunt, ꝙ nemo ita deberet confidere de suis meritis, aut vitæ austeritate, siue alijs gratijs quibuscunq;, vt sine sacra-
Isa. 64. mẽtis mori auderet, q̃ñ ea habere potuisset. Et reuera oĩa merita hũana sunt velut pãnus mẽstruatę sine merito Chr̃i. Et oẽ robur mẽbrorũ, baculus est arũdineus, sine robore capitis. Quare & sp hic mos in ecclesia fuit vsq; hodie, ꝙ in arduis negotijs, & vbi imminet periculũ mortis, fideles suis viribꝰ nõ cõfidũt, nisi mu

niāt se hui⁹ viuifici sacramēti pceptiōe. Hoc cotidie ad oculū cernim⁹ in notabilit infirmis, & mulierib⁹ pregnātib⁹, in pfessiōe tā in monastica q̄ militari, & in alijs causis, sc; electiōe principū, aut reformanda pace terrarū & finibus. Ex qb⁹ oīb⁹ apparet q̄ stolida sit assertio illorū hæreticorū, q se putāt talib⁹ nō egere, propter fantasticā suā ac deceptoriā deuotionē. Nos autē fideles nō nr̄is meritis aut adinuētiōib⁹ cōfidam⁹, sed humilit capiti nr̄o adhæream⁹, in sanctę matris ecclesiæ laudabili cōsuetudine pseuerem⁹, vt ab oī culpa & pœna liberati, ad æterna regna perueniamus.

¶ Paradoxum vndecimum.

VNdecimo est aduertendū, q hoc sacrificiū venerandū inquantū est satisfactiuū, p debita pœna, hic aut in futuro exoluēda plus pdest illi vel illis, p quo vel qbus offert specialiter q̄ alijs pro quibus oratur in missa gñaliter cæteris paribus, quod ideo dicitur, quia potest esse q ille pro quo celebratur specialiter sit minus idoneus, propter modicam charitatem quam habet, & plura peccata quæ commisit, & alius vel alij pro quo vel quibus generaliter oratur, sint magis idonei, & in tali casu plus isti iuuantur quam ille, sed si sunt omnes pares in merito, tunc plus participat ille quam isti. Et datur exemplum de aliquibus sedentibus ad mensam, quibus candela accensa ponitur, de qua plus illuminatur qui propius sedet, nisi forte habeat obscuros oculos, alioquin iu q clariores oculos habent, etiā si longius sedent, plus participāt. Datur etiā exēplum

de igne

de igne à quo citius calefiunt, qui iuxta ipsum sedent, q̃ qui remotius. Sed si prope sedentes sint nimis frigi di, & lõgius sedẽtes sint parũ frigidi, tunc isti citius ca lefiunt q̃ illi. Et ergo dicitur cæteris paribus, neq; hoc est de ratione sacrificij, sed illorum, quia minus per- fecte se applicant. Plus nanq; in satisfactione attendi- tur affectus offerentis q̃ quãtitas oblationis, propter quod dominus dixit de vidua paupercula, quæ obtu lit duo æra, ꝙ plus omnibus misit in gazophilatium.

Luc.21. Est etiam aduertendũ ꝙ vna missa plus prodest vni, q̃ duobus vel pluribus simul, quemadmodum pro e- odem ꝑcio nequeunt æqualiter redimi pauci & mul- ti captiui. Vnde si quis pro centum florenis teneretur in vinculis, statim illis solutis absolueretur, ꝙ si alter ꝓ quinquaginta sociatus sibi esset, tũc impediretur ad minus vnius liberatio, & sic de alijs. Sic est in propo- sito. Si forte anima alicuius per vnum mensem debe- ret puniri in purgatorio, nisi ꝓ ea vna missa celebra- retur, & si tunc pres byter dirigeret intentiõem prin- cipaliter pro duobus taliter obligatis, tunc nullus eo rum statim liberaretur, sed diuina iustitia vtrisq; diui deret, defalcando cuilibet medietatem. Et nota ꝙ ce- lebrans debet in his cautus esse, diligenter pensare cui vel quibus legitime obligatur, & secundum hoc mis sam applicare, ne alicui fraudem faciat, qa ipse in quã- tum est organum ecclesiæ repræsentans Christum, ha bet autoritatem applicandi valorẽ missæ vni vel alte- ri, aut pluribꝰ aut paucioribus, ꝙ si nulli specialiter est obligatus, tunc sua libertate vti potest sicut placue rit, nihilominus tamẽ semper manet semper manet

genera

generaliter obligatus parentibus, prælatis, ac toti ecclesiæ cuius membrum est, à qua etiam ordinē & honorem habet, neq; idcirco sacerdotium ei datum est, vt pro se solo, aut charis suis tantummodo sacrificet, sed pro tota communitate fidelium, neq; se excusare potest si minus fideliter exequitur officium suum rarius celebrando, aut minus digne, videlicet in peccatis mortalibus, aut grossis aut multis venialib⁹, quia omnis publica potestas requirit hoc à suscipiente eā, vt digne ac fideliter exequatur quæcunque ad ipsam spectant, sicut in euāgelio aperte dominus dicit in parabola quinq; talentorum. Et sicut bonus seruus & fidelis introducitur in gaudium domini sui, ita ecōtra malus & piger seruus proijcitur in gehennam ignis. Matt.25.
Quod quibusdam presbyteris valde est expauescendum, qui putant se non obligari ad celebrandum nisi quater in anno, pro eo q; canō iubet pœnaliter, pro tunc ad minus, diuina mysteria celebrare quoscunq; presbyteros legitime nō impeditos. Sed reuera timorata conscientia longe aliter iudicabit, imo quilibet presbyter qui fideliter & digne in ecclesia ministrare voluerit, sic merito debet viuere vt quotidie celebrare posset, si canonice nō prohiberetur aliquando. Legitur de quibusdam satis bonę vitæ presbyteris grauiter in purgatorio punitis, pro eo q; nonnunquam missas intermiserant, rationabili causa non vrgente. Quid ergo de alijs fiet, qui non se ministros ecclesiæ, sed dominos arbitrant, dicentes hæc aut similia: Ego quando volo celebro, quando volo dimitto, nunqd capellanus ego sum, multi tales fuerunt tumentes a-

pud se, qui forte iam aliter cantant, dicentes: V e ve q̃ vnquam homines nati, ve ve q̃ vnquã presbyteri ordinati fuimus, sed iam tarde nimis intellexerunt. Etiam est aduertendum, q̃ presbyter nunquam sic debet intentionem suam dirigere ad quosdam quin diuino examini iudicium relinquat quo ad alios, quia nescit abyssum iudiciorum dei. Forte ille qui ipsum sustentat non iuste possidet quæ habet, aut aliquid simile potest esse in causa. Vnde legitur de quodam principe, qui cenobium quoddam fundauit, & tamen nihil meriti habuit apud deum, sed pauperes quos grauauit per exactiones & seruitia iniusta, illud meruerũt apud deum, vt de eorum bonis erigeret monasteriũ. Consultum igitur est, vt in memoria mentetenus addat hæc aut similia: Domine pro illo vel illis specialiter celebro, inquantum mihi licet & tibi gratum est, tu omnia nosti, debet etiam celebrans diligẽter cauere, ne leuiter promittat vni missam vel missas, nisi ex rationabili causa, & quando sic promisit, tunc illi tenetur, nec alteri potest tunc specialiter illam vel illas applicare, sed potest indifferenter promittere, q̃ velit memor esse omniũ in generali vel in speciali, q ipsum rogant, aut oblationes porrigunt, quod si dicãt: Dñe ego desidero missam pro me fieri, vel illo vel illis, tũc presbyter potest eos informare, aut se pie excusare, subtiliter tamẽ, ne de auaritia notetur apud indiscretos. Sunt enim in his quidam minus periti, & cum vix nummum parui valoris offerant, totam missam sibi
1.Cor. 9. applicare cupiunt, quod irrationabile est. Qui eñ altari deseruit, de altari viuere debet, nec ẽ possibile omnibus talibus satisfacere. Discere igitur debent quõ

loqui honestum & pium sit in huiusmodi. Quidā discreti laici hunc modum habent: Rogo domine, sitis memor mei in missa vestra, ꝓ quadā pia causa, vel anima pro qua desidero, aut similiter. Et hoc bene & licite fieri potest absq; hoc ꝙ eis specialiter valor principalis missæ applicet. ¶Paradoxum duodecimum.

DVodecimo est aduertendū ꝙ licet hoc sacrificium venerandum sit expiatiuum debitæ pœnæ tam hic quam in futuro exoluendæ, tamen multo leuius, copiosius & efficatius operatur hunc effectum in viuis quam in mortuis. Similiter etiam est dicendum de omnibus alijs suffragijs animarum. Vnde dicit Beatus Hieronymus, ꝙ plus purgat Hierony.
vna lachryma in hac vita quam decem anni in purga Gregorius
torio. De hoc narrat beatus Gregorius pulchrum exemplum, in quodam sermone de venerabili Cassio Narniensis vrbis episcopo, cui mos erat pene cunctis diebus omnipotenti deo hostias placationis offerre, cui etiam cum sacrificio valde concordabat vita, nam cuncta quæ habuit in eleemosinis tribuens, per singulos dies lachrymis & orationibus se purgare satagebat. Qui non solum per hæc magnæ perfectionis vitam promeruit, sed etiam absq; dilatione, post mortē ad dominum euolauit. Ecce illa cum lachrymis missarum celebratio, ecce illa cum orationibus eleemosinarum largitio, quantam cum summo rege huic viro sancto pacem fecit. Hoc exemplo & alijs innumeris, vniuersi fideles admonendi sunt cuiuscunq; status sexus & conditionis fuerint, quatenus proprie commoditati, saluti, & securitati consulant, & dum ad-

huc tempus habent diuina misericordia coadiuuãte, diuinæ iustitiæ se reconcilient:quoniam secundũ vulgare prouerbium extra vincula fit facilior compositio. Nimis etiam afflictiuum est in horrendis illis incendijs iacere, & liberationem tunc expectare quando se iuuare penitus nõ valet. Nec est vlli⁹ meriti, imo maxime verecundię sic affligi, quoniam preciosum tẽpus tam turpiter perdidit, in quo tot suffragia habuisset si voluisset. Et de filijs aut amicis est magna incertitudo ꝙ minus fideliter iuuabunt, cuius exemplum in seipso quilibet perpendere potest. Cum enim quisquis in propria causa solet eẽ magis sollicitus ꝗ̃ in aliena, & pauci inueniantur pro se solliciti in hoc negocio tam necessario, restat ꝙ minus pro alijs. Quare
Lucæ 5. vnicuiq; nostrum bene restat pręcogitandum quid facto opus sit. Et reuera multo prudentiores sunt filij huius seculi in gñatione sua filijs lucis, etiã in hac substantia. Quis queso de secularibus ita stolidus inueni tur, vt se & omnia sua aperto periculo exponat voluntarie, dicens: Volo primum capi & expoliari, forte per amicos si possunt, & volũt postea iuuabor. Nõne ita quotidie facimus incaute negligendo tẽpus acceptabile, & dies misericordiarum, properantes ad dies seuerę iustitiæ qui nobis non placebunt. Ach deus æterne, miserere nostri, & illumina tenebras nostras ne incidamus in manus tuas in illa die. Ecce, vt de re-
Psal. 17. probis taceam, ꝗ̃ commune est etiam apud homines bone voluntatis, vt quiete & molliter viuant, sua retineant, filijs thesaurizent, pauperibus vix parum tribuant, sperantesꝙ hæredes post mortem suppleant quid

quid ipsi minus fecerunt. O homo vana est spes tua. Si tu tibiipsi infidelis es, quis tibi fidelis erit? Certe vna missa pro te celebrata dum adhuc viuis, plus tibi proderit q̃ centum post mortem, vna oratio parua quam facis iam plus tibi vtilis erit, q̃ tunc omnium monachorũ psalteria. Vnus gemitus aut vna lachryma quã fundis nunc pro tuis peccatis, amplius tibi prodest q̃ tunc om̃ium monialium & bagutarum singultus & fletus: Vnum prandium aut vestis, siue denarius, aut alia necessaria etiam minima, ex vera charitate siue ꝑfecta contritione iam per te pauperibus elargita, vtiliora tibi sunt, q̃ si centum milia ducatorũ post mortem pro te distribuantur, & sic de om̃ibus alijs suffragijs & exercitijs pietatis, quamq̃ omnia certissime animabus prosint ad celeriorem liberationem earum, si in pœnis sint. Quicquid enim moriens das, ideo das quia tecum ferre nõ potes. Sed quæ ex charitate das vel facis dum viuis, primo tibi æternam vitã mercantur, & pro q̃libet nummo tibi dabitur specialis merces in cœlo. secundo merentur augmentum charitatis hic in via. tertio præbent bonum exemplum proximo, de quo etiam speciale gaudium habebis in cœlo. quarto præparant ad mortem securam. quinto pœnam relaxant. sexto ad euolandũ disponunt. septimo diuinam amicitiam, & omnium sanctorum angelorum procurant. octauo totam ecclesiam adiuuãt tam in viuis q̃ in mortuis. nono teipsum amplius dignificant & sanctificant. decimo famam bonam nutriunt. vndecimo venerabilem omnibus bonis, & formidabilem omnibus peruersis te efficiunt, vt neq; tuis ver

bis quicquam addere aut demere audeant. Duodecimo tam sensus interiores q̃ exteriores, immotū corpus & animam in melius disponūt, testimonium tibi perhibente conscientia tua, q̄ dominus tecū sit, in oĩbus quæcūq; pro ei⁹ gloria facis, dicis aut pateris. Ecce duodecim fructus gloriosos operum bonorum, q̃ secure promitteretur, quisquis dum viuit, hic bene operari studet, quorum non nisi vnus tãtum sequitur eum post mortem, si sua exigente negligentia, per alios licet fideliter quod earum est, sua substantia distribuatur, scilicet relaxatio pœnæ purgatorij. Quare igitur tantum bonum negligimus sine causa? Fertur q̄ dum Tartari Asiam inuaderent, se quendam ditissimum in quodam castro principem comprehendisse, à quibus interrogatus cur sibi non prçuidisset, respondit: Non sic putabã futurum. At illi: Vt quid tibi tantas diuitias congregasti, quando te cum illis redimere neglexisti. Nam si decimam partem nobis pacifice dedisses, pacatos nos habuisses, sed iã quod sitisti bibes, & sic auro & argento liquefacto, & in os eius fuso, tormentis diris ipsum affecerunt, ita & nobis eueniet si deprehensi fuerimus minus habentes. Nam teste Apost. Vniuscuiusq; opus ignis examinabit, &c.

1 Cor. 3. ¶ Studeat igitur quilibet libenter semel ad minus totaliter confiteri omnia peccata sua, & pœnitentiã condignam suscipere, & si non potest eam per seipsum cõplere, cõuertat se ad suffragia prædicta, & bñ securus erit. Hoc ẽ q̃d dñs in euãgelio monet dicens: Si vadas

Lucæ. 12. cũ aduersario tuo, in via cõpone te cũ illo, ne forte te iudici tradat, & iudex exactori, & exactor mittat te in

carce

carcerē. Amē dico tibi nō exibis inde donec vltimū q̄drātē reddas. Hæc aūt dicta sint, p q̄licūq; exhortatione nr̄a, q adhuc viuim⁹, q̄tenus solliciti sim⁹ dū tēpus habemus, sed nō negligam⁹ frēs nr̄os q in tribulatione magna sunt, & se iuuare nō possunt, q̄m, p talibus sacrificare & orare maxima eleemosina ē. Quātū aūt missæ celebratio illis, psit, oñdit B. Greg. quarto dialo. dicēs q, dū, p q̄dā culpabili monacho 30. diebus sacras hostias offerri iussisset, anima ipsius apparēs cui dā, dixit: Hucusq; male habui, mō bene sum, quia hodie communiōem accepi. Similia multa in alijs sacris libris reperiuntur. Ex quibus liquide patet, quod ista cōsuetudo in ecclesia semper fuit obseruata, vt nedum vna missa pro vna anima celebraretur, sed plures. Nā sanctissimi & in sacra scriptura eruditissimi viri, hoc ita ordinarunt, ex instinctu spiritussancti, quod non tantum respiciēdum sit ad dignitatem sacrificij, sed etiam ad capacitatem indigentium, & frequentationē siue iterationem continuam mysterij, quia diuinitus aliquando reuelatum fuit, quod si pro aliqua anima continue triginta missas legerentur, ipsa continue liberaretur, alias nō. Similiter plures animę defunctorum apparuerunt sanctis, petentes certum numerum missarum, & aliquando satis magnū, addentes, quod nisi ita fieret liberari non possent. Quæ cum ita sint, mirum est vnde processit tam enormis error quorūdam, vt dicerēt vna missa est melior quam aurum totius mundi, Et ideo capiamus quicquid venit, totum soluimus, & amplius, cum vna missa, quasi fas sit vendere illud quod tam preciosum sciunt: ac non potius

Gregorius

Mat.10. attendunt quod dicit dominus: gratis accepistis, gratis date. Quod autem rursum quidem dicunt, ex quo missa vendi nō potest, ergo non tenemur illis, quibus multas missas promisimus, ex aperta malicia procedit. Si enim vendi non possunt, quare tunc pecunias accipiunt? si promissum seruare non possunt, quare tūc promittunt? Causa omnium malorum istorum auaritia est quæ mentis oculum excæcat. Sed oculus simplex, & homo bonę volūtatis, se in his iuxta præscripta faciliter regulare potest, quia neq; missa, neq; oratio, neq; sacrificium, neq; aliud quodcunq; spirituale vendi licitum est, sed suum laborem & operam quilibet vēdere aut locare potest. Qui enim spiritualia administrant homines sunt mortales, indigentes quotidiano victu & vestitu, neque possunt simul & semel in ecclesia cātare, & in rure arare, aut alia operari, vñ habeant vitæ necessaria, quare aperte scriptura testan
1.Cor.9. te, & recta ratione dictante ipsis iustissime debetur tanquam operarijs digna merces pro laboribus suis. Sed forte quis dicat q; reperiuntur aliquę autoritates sanctorum, quæ vidētur dicere, q; quando vna missa pro multis celebratur, tunc quilibet eorum habet vnā integram missam, ergo videt q; ea quæ supra dicta sunt minus habeāt de firmitate. Ad hoc respondet venerabilis dominus Iohannes Gerson, dicens: q; non sit aliqua controuersia apud doctores de suffragio satisfactionis & redēptionis, quin vna missa plus profit vni q̄ pluribus. Sed si inueniantur aliqua dicta de hac generalitate, sunt ad pium intellectum trahenda, videlicet tali modo quo fit sermo ad populū, quia tota multitudo

titudo audit integrum sermonem,& nihilominus q̃libet eundem integraliter habet,& tamen non est nisi vnus sermo.potest tamē idem sermo applicari alicui specialiter per recommendationem quam non omnes æqualiter participant,sed ille principaliter cui applicatur. Sic in ecclesia vbi missa celebrat̃ possunt esse mille audientes,pro quibus omnibus presbyter generaliter intētionem dirigit,& hoc modo quilibet habet vnam integram missam,tamen propter hoc non sequitur q̃ pro illis specialiter intentionem dirigat sub ratione meriti satisfactiui. Aut si hoc facit,tunc adhuc instantia non procedit,quia ex hoc non potest concludi q̃ tātum prosit cuilibet multorū,sicut si fieret pro vno solo vel paucis illorum. Ex quibus omnibus manifeste apparet error prædictorum & omnium aliorum qui contra hunc morem ecclesiæ argumentari nituntur. Quare timoratis viris diligenter prouidendum est,quatenus secundum hoc intentionem suam regulent ne fraudē illis faciant quibus debitores sunt. Valde siquidem timēdum est,q̃ crebro huiusmodi fraus committatur,aut propter ignauiam aut contumaciā quorundam,qui secundum q̃ putant vel prout volūt missas applicant,non autem prout debent,q̃ valde periculosum est. Sed hic queritur an etiam missa celebrātis cum conscientia peccati mortalis aliquid prosit animabus. Respondetur q̃ sic,& non solum missę,sed etiam oratiōes & exercitia officij ecclesiastici, quia nō facit ista vt persona priuata,sed vt vicarius Christi & minister ecclesiæ. Si iterum quæratur quantum prosint. Dicendum q̃ tantum prosunt, quantum meruit

ille dum viueret pro quo fiunt. Hoc autem quantum sit, solus deus nouit. Pro cuius ampliori intellectu est sciendum, q; sunt quaedam opera priuilegiata quae sp sunt satisfactoria, & grata deo, siue per bonos, siue p malos, sicut opera sacramētalia, & exercitia officij ecclesiastici, in quibus nō requiritur sanctitas ministri, sed tantūmodo fides & intentio recta. &c. Ex q̄ etiam probari solet, q; qui tenentur ad horas canonicas, debent eas soluere, non obstante q̄d sint in peccatis mortalibus. nec frustra orant, quia deus exaudit eos & opera eorum suscipit, non ratione sui, sed ratiōe ecclesiae cuius ministri sunt. Et ista opera dicuntur grata esse deo, ratione operis operati, nec tamen negādum est, quin si fiant per illos qui sunt in charitate, q; tunc plus valeāt, sicut solet exemplificari de missa quod secundum hunc respectum melior sit missa boni sacerdotis quā mali. Bonus autem sacerdos potest quam plurimum superaddere super rationē taliū operum ex propria deuotiōe, malus vero nihil. Exempli gratia. Celebrans in peccato mortali, aut officium defunctorum legens aut exequias tenens, aut alia similia faciens, pro anima alicuius defuncti, inquantum est organum ecclesiae, ipsam realiter iuuat, nec possent huiusmodi opera impediri per peccata ipsius, quin sint satisfactoria, p illo pro quo facit, sed vltra nihil potest, quia nihil habet. Est enim quo ad seipsum spiritualiē mortuus. Qui autem in charitate eadē opera facit, ad omne minus tantum iuuat, quantū ille, vltra hoc potest habere tantam deuotionē, quod in duplo aut triplo &c. amplius prodest, sicut ferf de B. Greg. q; ppter excellētiā deuotiōis suę in q̄libet celebratiōe suae mis

sæ redimebãt aliq̃ aiæ: sunt & alia opa de gñe suo bona, q̃ tñ nõ sunt satisfactoria vel deo grata, nisi in gr̃ã fiunt ab illo q̃ē in charitate, sicut sunt opa illa media pœnitentialia, q̃ cõmunit̃ iniungunt̃ in satisfactionẽ ꝓ peccatis, sicut ieiuniũ, oratio, eleemosina, peregrinatio, castigatio corporis, & similia. In quibus omnibus oportet semper inquirere radicẽ aliquã charitatis, mediate vel immediate ex q̃ viuificent̃, alioquin mortua sunt & nihil ꝓsunt. Mediate scilicet, qñ aliqs in vltima volũtate sua hoc intẽdit, q̃ aliqua fiãt, ꝓ aiæ suæ salute, tunc quæcũq; ad hoc disponit, etiã si exequãtur per malos, nihilominus sibi prosunt, quia tales non operantur principaliter, sed instrumentalit̃, & ideo principalis si indiget huiusmodi, adiuuatur per tales, tanq̃ per instrumenta sua. Similiter dicẽdum est de aliquo existẽte in peccato mortali, qui libent̃ vellet succurrere amico indigenti, illi consulendúm esset q̃ hoc faceret per aliquos hoĩes bonæ vitæ, quos verisimilit̃ speraret in gratia dei, & si tales inueniret, tunc indubitãter per eos posset quod per se neqret. Et quæcunq; facerent de istis operibus medijs, tm̃, ꝓdessent illi, quãtũ si ꝓcederent ex propria eorũ deuotione, & nihil amplius: q̃ si inuenerit malos, tũc nec ipsi quicq̃ prosunt ꝑ huiusmodi opera, quia omnia mortua remanent: tñ non sunt prohibendi vel auertendi ab operatione talium. Quia quamuis ex rigore iustitiæ per talia non merentur vitã æternã, tamẽ ex liberalitate diuina nõ manebunt irremunerata. Iuxta illud Gregorij: Interim quæcunq; bona poteris fac, vt deus cor tuum ad pœnitentiam emolliat. Immediate viuificantur huiusmodi

iusmodi opera & iuuātur qñ animę per amicos dei fiunt ex feruore charitatis, tunc hoc certissime est tenēdum, ꝙ etiam minima, imo si vel semel dicant: Requiescant in pace, illis prosunt. Nec est multū curiose querendum de his quantum, vel quantum non, sed illi equissimo iudici totum humiliter committēdum, qui electos suos non negliget, nec obliuiscetur misereri vbicunq; habuerit occasionem miserēdi, tantum nos diligentes simus ad succurrendum illis pro posse nostro. Ex his videtur sequi, ꝙ si aliquis moritur intestatus, nihil disponens ꝓ anima sua, descēderitq; in purgatorium, illi difficilius suffragatur cæteris paribus. Et ergo consulendū est cuilibet dum viuit, vt animæ suę prouideat, quia vltima illa voluntas omnibus sequentibus operibus formam imponit, & sortiuntur effectum per quemcunque executorem. Non sic de alijs: Posset nanq; venire ꝙ taliter moriens, & magnam summam pecuniarum relinquens parum aut nihil inde sibi acquirat, etiam si in pios vsus expēdatur, qa forte ad manus carnalium deueniet qui eam pompose distribuent, & talibus qui non sunt in charitate, & neq; pro talibus operibus quæ animam eius iuuare possunt, ratione operis operati. Et quia ille huiusmodi distributionem non iussit fieri, imo forte contrarium intendebat, ergo cum nō appareat vnde talis vel in parte vel in toto possit viuificari distributio, timēdum est ꝙ omnino mortua sit, & per cōsequens ex rigore diuinę iustitię nihil prosit illi, ꝓ quo videt̃ fieri. Et si tale periculum potest contingere etiam si distribuatur, quid erit si per hæredes aut fiscū aut alio mō distra

distra

distrahatur. Ecce magna miseria quam sępe homines incurrunt per negligentiam suam aut timorem superfluum, trepidantes timore vbi non est timor, & vbi est trepidandum ibi non timentes. Hic timent ne eis temporalia deficiant vbi manere nō possunt, illic nō timent deficere vbi est eis necessario perueniendum. causa horum ē modicitas fidei. Auisandi sunt deniq; vniuersi pauperes cuiuscunq; status aut cōditionis, & prę cipue religiosi, quatenus de thesauro huius bene dicti sacrificij sibi prouideant, ne in illā fornacem flāmiuomam demergantur, quia eorum conditio peior est illic q̄ diuitum, cęteris paribus. Cum enim non habeant vnde testamentum faciant, cito eorū memoria dilabitur, & vix aliquis reperiet, qui specialia suffragia eis trāsmittat. Igitur tēpore opportuno, modo importuno deū deprecemur, vt saluet nos sine purgatorio illo horrendo, sed potius hic in virga filiorū nos pius pater erudiat, vt apti fiam⁹ illo regno, quod omībus diligētibus se promisit, per dn̄m nr̄m Iesum Christū filiū eius vnicum, cum quo in vnitate spiritus sancti, viuit & regnat in omnia secula seculorum benedictus deus. Amen.

HEc sunt venerabilis domine ac amice charissime pauca ex multis hincinde collecta rudi stilo, quæ vestris studijs & cuiuscunq; melius intelligentis, libenter submitto corrigenda, & pulchrius ordinanda, nec me latet quāti periculi sit in his, q̄si libere velle sentire, & pro captu dicere quicquid mens suggerit, cū inter tot tractatores sacræ scripturæ vix paucissi

paucissimi reperti sunt qui materiam hãc ad lucidum explanare potuerunt. Quare oibus simplicibus maxime est consulendum, vt si loqui velint de huius venerandi sacramenti materia, φ strictissime teneant se in terminis sanctorum doctorum ecclesiasticorum, nec aliter fari audeant quam apud eos reperiunt. Alioqn facillime & periculose errabunt. Testes sunt dicta eorundem doctorum, & præcipue sancti thomæ de Aquino, per quem spiritussanctus circa annos domini millesimo ducẽtesimo quadragesimo, plures hereses destruxit ac difficultates varias, ante ipsum à nullo explanatas dilucidauit, hoc autem vir sanctus multis orationibus & ieiunijs impetrauit, vt periclitanti schole, tũc succurreret, propter hæreticorum subtilitatem nimiam ac potentiam. Fuit etiam tunc ipso sollicitante institutum festum solenne huius sacramenti reuerendissimi per Vrbanum quartum. Nec vnquam de post vsq; hodie similis turbo insurgere ausus fuit, cõtra veritatem iam lucide explanatam. Et si aliquando surrexerunt, facilime ex dictis ipsius fuerũt deuicti. Illa autem heresis dicta fuit Berengarij, ab autore, q tamen conuersus postea fuit, vt habetur de consecra. di.2. §Ego Berengarius. Sed discipuli eius in errore permanserunt, & multa mala fecerunt. Nam vltra du centos annos hæresis ista durauit ante tempora sancti Thomæ. Et quia diu stetit, semper magis ac magis subtiliata fuit, & ecclesiam satis afflixit. ¶Si de hac materia plenius vultis informari, legatis originalia superius allegata. Hæc autem breuiter dicta sunt, ad auisandum de periculis quæ contigerunt. Et quotidie

die adhuc minus exercitatis contingere possunt, propter materiæ subtilitatē, quæ pia & deuota anima solido fidei fundamento innixa faciliter cauere potest, cooperante gratia domini nostri Iesu Christi, qui est panis verus & viuus, de cœlo descendens, & dat vitā mundo. Cui cum patre & spiritu sancto sit sempiterna gloria. Amen.

LECTORI

NE ambiguum tibi sit candide lector, quis hic fuerit D. Guenrerus, lege abbatem Spanhemensem, libro de ecclesiasticis scriptoribus. Fuit hic pater domus nostræ, hoc ē Carthusiæ Agrippinēsis monachus, vir doctissimus, ingenio & memoria preditus mirabili. Ad quem, dū viueret, docti pariter atq; indocti, non aliter atq; ad oraculum confluebāt: nihil enim ferebatur ignorare. Erat quoq; in dandis cōsiliis integerrim⁹, ac deo valde deuotus. Scripsit præter ea quæ Spangemensis recenset permulta alia, potissimū in sacris. Stilo est Dionysio nostro non inferior, & in tractandis scripturis multo etiam fœcundior. Hunc post Dionysium producere, quandoquidem à multis desiderātissime expectatur, statuimus. Bene vale.

TRINITATI GLORIA.

Coloniæ Iaspar Gennepæus excudebat,
Anno M. D. XXXV.

